

## ARTIC. II.

*Vtrum res assumpta à Verbo possit dici persona. Conclusio est negativa,*

D. Thom. 3.p. q.4.art.2. Silvius. Caiet. Ragusa. Medin. Cabr. Nazar. ibidem. Val. tom. 4. d. 1. q. 4. punct. 2. Ricchar. in 3.d. 5.art. 2.q.2. Ales. 3.p. q.4. memb. 6. Aluarez disp. 24.

**E C V N D O** quæritur:  Vtrum res assumpta à Verbo possit dici persona; & videtur, quod sic, quia, vt ait Damascenus lib. 3. cap. 11. Verbum assumpsit naturam humanam in atomo, sed natura in atomo est natura in individuo, vel persona: ergo Verbum assumpsit naturam in persona, & per consequens assumpsit personam.

Præterea. Semper filius est similis ei, cuius est filius: sed Christus est filius Virginis: ergo est similis Virgini: Virgo autem habuit naturam humanam constituentem suam personam; ergo &c.

Præterea. Si Dei Filius deponeret id, quod assumpsit, constat, quod illud sic depositum esset persona: sed ex sola depositione, vel separatione nihil acquiritur ipsi Verbo, quod prius non haberet: ergo &c.

Præterea. Aliqui vtuntur hoc modo loquendi, quod in Christo persona consumpsit personam, sed non consumit nisi quod est; erat ergo res assumpta à Verbo personam aliqua.

**I N C O N T R A R I V M** est, quia quod assumitur, vnitur assumpti: sed in assumptione illa, non fuit persona unita personæ, sed solum natura naturæ, vel natura personæ; ergo &c.

Præterea. Si fuisset assumpta persona, Christus fuisset compositum ex duabus personis, sed nulla compositio potest esse talis: ergo &c.

## RESOLV TIO.

*Res à Verbo assumpta non potest dici persona, quia quod assumitur ad esse ali-*

## PARS III.

A

cuius, non debet habere per se esse, sed in alio, & per aliud, quod persona creata non competit, sed naturæ: hoc autem patet ex triplici differentia naturæ diuina, & creata, quia illa est actus purus, hæc habet admixtam potentiam; illa ex re, & modo est de constitutione suppositi, hæc, ut est in Christo, neque ex ea, neque ex modo est de constitutione suppositi; illa non est assumptibilis à supposito creato, hæc est assumptibilis, & assumpta à supposito increato.

**R E S P O N D E O** dicendum, quod Magister in littera soluit hanc quæstionem sufficienter, dicens, quod cum queritur, si aliquis, vel quidam homo sit assumptus à Verbo, vel unitus Verbo, ait, quod sine distinctione intelligi illi, non est redenda responsio. Ad cuius evidentiam sciendum differentiam esse duplēm inter naturam diuinam, & quamlibet naturam creatam, quia natura diuina, cum sit actus purus, nō habens admixtum aliquid de potentia, oportet quod sit ipsum esse, & quod habeat per se esse: quamlibet autem natura creata, cum sit participans esse, & non sit actus purus, sed habeat admixtam potentiam, non erit suum esse, nec habebit per se esse.

Secunda differentia est, quia natura diuina, & ex re, & ex modo esse, & de constitutione sui suppositi, sed natura creata ex re ipsa, nō est de constitutione sui suppositi, quātū ad naturam accidentalem, quia natura accidentalis non constituit suum suppositum, sed semper substantatur in supposito, iam in esse constituto, vel non est de constitutione sui suppositi ratione sui modi essendi: & sic est natura humana in Christo, quæ, licet ex ipso re, sit apta nata constituere suppositum, tamen ex modo suo essendi, quia assumpta est à supposito, etiam constituto in esse, licet res ipsa sit substantia, habet tamen quendam modum accidentalem, quia sicut accidens non constituit suum suppositum, sed substantatur in supposito iam in esse constituto, ita humana natura in Christo, vt poteat patere per habitu, habet quendam modum accidentis. Natura ergo diuina ex re ipsa semper est.

Responsio  
Magist. ser.  
ad quæst.

Differentia  
inter natu-  
ram diuinam  
& naturam  
creatam.

Naturadi-  
uis ex re, &  
modo esse  
di est de co-  
stitutione  
suppositi  
autem natura  
creata.

Natura hu-  
mana in  
Christo ex  
ipsa re non  
constituit  
suppositum,  
licet possit  
constituere,  
quia habet  
modum ac-  
cidentis.

**E**st sui suppositi constitutiva, siue intelligamus ibi vnum suppositum solum, & absolutum, vt intelligit Gentilis, siue per relationem plurificatum, vt intelligit Fidelis: primo quidem modo planum est quod natura diuina, ex ipsa re constitutiva est sui suppositi, cum nec sit accidens, nec possit habere modum accidentalem; omnis enim natura, si non est accidens, vel non habet modum accidentalem, semper est constitutiva sui suppositi; sed si intelligamus suppositum diuinum, non suppositi, quia nec est vnum tantum & absolutum, sed per relationem, vel per relationes multiplicatum, vt loquamur modo, quo loquitur Boetius in suo lib. de Trinit. qui tanquam Christianus, & fidelis ait. *In diuinis substantia continet unitatem, sed relatio multiplicat Trinitatem*, adhuc dicemus, quod ex ipsa re etiam natura diuina semper est constitutiva sui suppositi.

**O**biectio. **S**olutio.  
Obiectio.  
Solutio.

Et si dicatur, quod relatio est constitutiva personae in diuinis; dicemus cu Aug. lib. 3. de Trin. c. 1. quod, omne, quod relatiuè dicitur, est aliquid, excepto eo, quod relatiuè dicitur. Sola ergo relatio sine absoluto, non potest esse constitutiva illius relatiui, diuina ergo essentia, vel natura tanquam quid absolutum vna cum proprietate relativa, siue vna cum relatione est constitutiva cuiuslibet diuinæ personæ, vel cuiuslibet diuini suppositi; diuina ergo essentia, vel natura, ex ipsa re, est constitutiva diuini suppositi, vt est per habita declaratum.

Possumus etiam hoc idem ostendere ex ipso modo essendi. Nam diuina essentia, vel natura habet per se esse, quia nihil competit alicui rei ita per se, sicut ipsa sibi; cum ergo diuina essentia sit ipsum esse, & non participet esse, magis competit ei per se esse, quam alicui alijs, immo omnibus alijs competit esse per ipsam, secundum quem modum loquitur Dion.

4. de Angelica Hierarchia: *Omnia ex natura esse eius*, id est ex esse Deitatis participant; & subdit: *Esse enim omnium, est super esse Deitas*. Benè ergo dictum est, in superiori quæstione, quod esse per se competit diuinis suppositis ex sua Deitate, siue natura diuina: sed esse distinctum, videlicet, quod vnum suppositum diuinum habeat esse distinctum ab alio, vel

*esse per se competit diuinis suppositis ex natura diuina*

Aegid. super iij. Sent.

**A** ab alijs, hoc competit ei ex sua proprietate relativa, siue ex sua relatione, quia (vt sepius diximus) sicut substantia continet unitatem, sic relatio multiplicat Trinitatem: sic ergo loqui debemus de diuina natura. Sed si loqui volumus de natura creata, vel ex ipsa re, non est constitutiva sui suppositi, sicut natura accidentalis, quæ secundum seipsum non est constitutiva sui suppositi, sed sustentatur in supposito iam in esse constituto: vel si non habet hoc, ex ipsa re, habet hoc ex modo suo essendi, sicut natura humana in B Christo, quia ita assumpta est ad esse personale Verbi, & ad esse, quod habet suppositum Verbi, vt non constituat de se suppositum, vel personam, sed sustentatur in supposito, vel in persona Verbi. Datae sunt ergo duæ differentiæ inter naturam diuinam, & naturam creatam.

Possumus autem adhuc superaddere differentiam tertiam, quæ etiam sequitur ex iam dictis, videlicet, quod natura creata est assumptibilis à supposito diuino, siue à supposito increato: sed natura diuina non est assumptibilis à supposito aliquo creato; potest enim quolibet suppositum diuinum eo quod est diuinum, & increatum supplere vices suppositi creati, ita tamen vt simul cum natura creata habeat in se naturam diuinam; propter quod suppositum Verbi habens in se duas naturas, naturam diuinam increatam, & naturam humanam creatam, de necessitate est suppositum aeternum, & increatum. Ex his autem clare apparere potest, quod à supposito Verbi assumpta est natura humana, & non persona, quod patet tam ex parte suppositi, & personæ, quam etiam ex parte humanæ naturæ; nam cuiuslibet supposito, vel personæ competit per se esse, nulli autem rei assumptæ competit per se esse, sed de necessitate quilibet res assumpta in suo assumente habet esse: implicaret ergo contradictionem, si suppositum, vel persona esset assumpta, quia haberet per se esse, vt esset suppositum, vel persona, & non haberet per se esse, vt esset assumpta.

Hoc idem etiam patet ex parte ipsius naturæ humanæ, quæ est assumpta: nam hoc est proprium naturæ diuinæ, quod habeat per se esse, & si habet esse in suis

Tertia differ  
entia inter  
naturam di  
uinam, &  
creatam.

Quilibet sup  
posito com  
petit per se  
esse.

Personæ as  
sumptæ impli  
cat contradic  
tionem.

suppositis, hoc non est, quod per illa supposita, propriè, & simpliciter loquendo, accipiat esse, sed hoc est, quia quodlibet illorum suppositorum per eam constituitur in esse; nam quodlibet suppositum diuinum constituitur in esse per suam naturam diuinam, & per suam proprietatem relatiuam, vel per suam relationem, sed (vt diximus) per suam naturam diuinam habet diuinum suppositum per se esse, & per suam proprietatem relatiuam, vel relationem habet ab alio, vel ab alijs suppositis distinctum esse. Sic ergo loquendum est de natura diuina: sed de natura creatà loquendum est è conuersò, quia nulla natura creatà est suum esse, nulla natura creatà habet per se esse, omnis natura creatà in suo supposito habet esse, & in suo supposito acquirit esse; hic enim incipit infirmitas cuiuslibet creature, quia in nulla creatura est idem essentia, & esse, sed omnis creatura est composita ex essentia & esse; si enim in creatura esset idem essentia & esse, nulla creatura fieret de nihilo, nec posset annihilari, immò loquendo propriè de factione, nulla creatura esset factibilis, sed quilibet esset eterna; nam secundum Philosophum non sit nisi compositum, propriè enim loquendo, non sit, vt potentia sit potentia, quia hoc semper est verum, quod potentia est potentia, nec sit, vt actus sit actus, quia semper est verum dicere, quod actus est actus; hoc ergo modo sit potentia, quia sit sub actu, & hoc modo sit actus, quia sit in potentia; & quia potentia sub actu, & actus in potentia dicunt quid compositum, ideo non sit nisi compositum, & sicut non sit nisi compositum, ita non potest destrui nisi compositum; nam per se loquendo, nihil potest separari à seipso: si ergo sit destructio alicuius rei, hoc non est per se loquendo, quod aliquid separetur à se ipso, sed quia illud, quod destruitur, semper est quid compositum, & habet partes alias, & diversas realiter ad inuicem; ideo una potest separari ab alia, & coniungi cum alia, quibus coniunctis sit compositum, & separatis destruitur compositum, cum non fiat, nec destruatur nisi compositum; si autem fiunt, & destruuntur partes, hoc est factio, & destructione compositi. Negans

vbi incipit  
infirmitas  
cuiuslibet  
creature.

Arist. 1. phy  
sc. t. c. 45.

Non si ne  
que destrui  
tur nisi co  
positum.

A ergo realem compositionem potentiae, & actus, & essentiae, & esse in quacunque creatura, negat illam esse creaturam.

Ad hoc autem possumus adaptare verba Commentatoris lib. 2. Metaph. vbi vult, quod quæstio de ente, uno modo collocetur in questionibus de genere, accipiendo genus largè, prout ens est genus ad decem prædicamenta.

Alio modo quæstio de ente collocatur in questionibus de accidente, prout ens dicit veritatem propositionis, quia veritas sumitur ex existere rerum, quia sicut res existit, sic propositio verificatur de ipsa. Quantum ergo ad esse quidditatum, quæstio de ente collocatur in questionibus de genere, quia ens per seipsum descendit in quidditates prædicamentorum; ens enim non descendit in prædicamenta per differentiam additam enti, quia tunc ens esset genus ad prædicamenta, propriè accipiendo genus, quod est falsum; sed ens descendit in prædicamenta, non per differentiam additam, sed per alium modum essendi rerum, vt Substantia est ens, loquendo de esse quidditatu, Accidens est ens, loquendo de esse quidditatu, quia habet alium modum essendi, non enim habet esse per se, sed habet esse in alio, vt in subiecto vel in substantia. Ideo Philosophus in 7. loquens de esse quidditatu accidentium ait, quod accidentia non habent quidditatem perse, sed per additamenta, quia non habent esse perse, sed in alio, ideo non sunt entia nisi quia entis. Quantum ergo ad esse quidditatem, quæstio de ente pertinet ad questionem de genere, vel ad questiones per se, quia ens per se, vt dictum est, descendit in decem genera.

Sed quantum ad esse existentiae, ex quo potest sumi veritas propositionis, quæstio de ente pertinet ad questiones de accidente, in quo dicto planè innuitur, quod existere rerum non competit rebus perse, id est per suam essentiam, sed quasi per accidens, id est per esse actuale, quod aliquo modo vergit ad accidens, quia est quid superadditum ipsi esse essentiae, & ipsi esse quidditatu. Ad hunc autem intellectum possumus adaptare illud verbum Comment. in 7. Metaph. super illo cap. Sed perscrutetur utrum quod est per essentia

Negans cō-  
positionem  
potentiae &  
actus: cf.  
sentia, &  
esse in crea-  
tura: negat  
ipsam esse  
creaturam.

Ens desca-  
dit in decem  
prædicamen-  
ta, non per  
differentia  
ipsius perad-  
ditum, sed per  
alii, & alii  
modum esen-  
tiæ ipsarum  
rerum.

Arist. 7. Me-  
taph. t. c. 18

Existere re-  
bus non cō-  
petit per  
suam essen-  
tiae, sed per  
esse actuale  
quodaliquo  
modo ver-  
git ad ac-  
cidens.

**A** effentiā, &c. vbi ait, quidditates eorum non sunt entia, id est non sunt existentia, sicut entia vel non existunt, nisi per esse rerum habentium quidditatem; & licet hoc posset exponi alio modo, clarè tamen potest ad hunc intellectum adaptari; non est enim friuolè accipiendum, quod quæstio de ente possit pertinere ad quæstiones de accidente, & maximè cùm loquimur de ente, vt dicit veritatem propositionis, cùm propositiones potissimè fiant de ipsa substantia, si autem fiant de accidentibus, hoc est propter ipsam substantiam, in qua sunt. Quæstio ergo de ente non pertinet ad quæstionem de accidente, nisi ipsum existere rerum, & ipsum esse actuale earum, propter quod potissimè verificantur propositiones, esset aliquid additum ipsi essentiæ, vel ipsi substantiæ rerum.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quod non solum ex parte sui suppositi, vel ipsius personæ, quæ habet per se esse, non est assumptum suppositum, vel persona, cùm natura assumpta à Verbo non habeat per se esse, quod est contra rationem suppositi, vel personæ; sed etiam hoc idem patet, ex parte ipsius naturæ humanæ, quæ est natura creata, & quia naturæ creatæ non competit per se esse, ideo non repugnat ei quod assumatur, & quod habeat in alio esse. Negantes ergo in creaturis, quod esse actuale differt ab esse essentiæ, ponunt naturam, & essentiā creatam esse idem, quod suum actuale esse, & per consequens habere per se esse, cùm secundum illos sit idem, quod suum esse, & cùm per se loquendo, nihil ita competit rei, sicut illud, quod est idem cum seipsa: ex hac positione sequitur, quod omnis natura, vel essentia creata sit inassumptibilis, cùm assumere repugnet omni rei, cui competit per se esse.

## RESP. AD ARGVM.

Ad primum dicendum, quod duratio ne, & tempore, natura humana non præcessit suam unionem, & ideo exponendo pro atomo, vel individuo personam ipsam, vel ipsum suppositum, nihil contra nos concludit argumentum; nam Verbum

assumpsit naturam nostram, vel naturam humanam in atomo, vel individuo, id est in persona, vel in supposito, quia accepit eam Verbum in seipso, quod est persona, vel suppositum: non est tamen absolute concedendum, quod idem sit esse individuum, quod persona, vel suppositum, gratia tamen conclusionis concedatur.

Exponitur  
ly in atomo  
vel individuo, proper  
sona, nō qui  
dem erat  
sed pro per  
sona Verbi,  
ad quam as  
sumpsit, &  
in qua vni  
uit natura  
humanam.

Ad secundum dicendum, quod similitudo, quæ attenditur inter genitorem, & genitum est in natura, non in persona, non enim valeret argumentum, Christus est Filius Dei Patris, sed Deus Pater habet personam non ab alio; ergo & Christus eius Filius. Et sicut non valet argumentum, videlicet quantum ad personam respectu Dei Patris, sic non valet argumentum, quantum ad personam respectu Virginis Matri, propter quod non valet, si Virgo habet personam constitutam per naturam humanam, quod Christus eius Filius habeat personam sic constitutam: sed quantum ad naturam, argumentū valet utrobique, vt si Christus est Filius Dei Patris, ergo habet eandem naturam, cum Deo Patre, & si est Filius hominis Matri habet eandem naturam cum Matre, non eandem numero, sed specie.

Similitudo  
in genera  
tione aten  
ditur secun  
dum specie,  
non secundū  
personam.

Ad tertium dicendum, quod separatio etiam in continuis, dat utriusque separatum totalitatem, quandiu enim res, est continua, nulla pars debet dici totum, sed si dividatur, & separetur continuum, quilibet pars dici potest quoddam totum; sic & in proposito, si natura humana non fuisset assumpta à Verbo, per se faceret quoddam totum, & per se constitueret personam, tunc autem assumpta à persona, vel à supposito Verbi, non facit, nec constituit personam, vel suppositum, sed substentatur in supposito diuino iam in esse constituto. Ad formam autem atguandi, quod nihil sibi additur, dici debet, quod non oportet aliquid sibi addi, vel subtrahi, sed sufficit, quod ex tali separatione habeat alium modum essendi, vt quod habeat per se esse, quod de necessitate requiritur ad rationem personæ, vel suppositi.

In uolone  
humana na  
ture ad Ver  
bi, nihil ei  
subtrahitur  
ita in separa  
tione ni  
hil ei addi  
tur, ad hoc  
ve ibi sit  
propria per  
sonalitas:  
sed sufficit  
nous mo  
dus essendi  
qui requiri  
tur ad esse  
personale.

Ad quartum dicendum, quod in bono sensu potest tolerari ille modus loquendi: In assumptione naturæ naturæ facta à persona Verbi, persona consumpsit perso-

Consumere  
dupliciter  
sumitur, vel  
prout est  
tollere  
quod est.  
vel prout  
est impedi-  
re quod fa-  
ciendū es-  
tē: secundo  
modo est vo-  
rum primo  
est falsum.

personam: sed dicemus, quid consumere est dupliciter, vel tollere quod est, vel impedire quod aliās fiendū esset. Persona ergo Verbi assumens naturam humānam consumpsit personam, non tollendo quod erat, sed impediendo ne fieret, quod alias fiendum erat. Natura enim humāna, si non fuisset assumpta à Verbo constituisset de se personam, assumpta autem, ex tali assumptione hoc impeditum est, quia non constituit de se personam, sed substantata est in persona Verbi iam in esse constituta.

### Dub. I. Litteralis.



V P E R litteram primò dubitatur super illo verbo (*Nec Deitas Christi aliena*) vbi datur similitudo, quod Christus, vt Deus, habet vnam naturam cum Patre, vt homo habet vnam, & eandem naturam cum Matre. Sed contra: quia non est simile quod inducit pro simili, quia cum Patre habet vnam, & eandem naturam numero, sed cum Matre non habuit eandem naturam numero, sed specie.

DICENDVM, quod ad esse simile sufficit, vt sit quantum ad aliquid simile, non autem oportet, vt sit per omnia simile; sufficit ergo, vt dicatur, Christus habere eandem naturam cum Patre, vt Deus: & eandem naturam cum Matre, in ea quod homo: quod habeat eam cum Patre eandem numero, & cum Matre eandem specie.

D

### Dub. II. Litteralis.



L T E R I V S autem dubitatur de eo, quod in littera dicitur. Cū de Christo audis, quod in forma Dei erat, &c. vbi innuitur, quod nomine formæ posse intelligi utraque natura in Christo. Sed contra, Natura enim etiam videtur

### PARS III.

A dici per respectum ad materiam: sed Christus quantum ad Deitatem, nullam habet materiam, cū Deitas Christi sit actus purus. ergo &c.

DICENDVM quod forma, & endelechia, & actus quasi idem dicunt, vt potest haberi ex ijs, que habetur circa principium 2. de Anima; Et quia tām Deitas, quam humanitas, possunt dici quidam actus, & quædam perfectio, licet aliter, & aliter, ideo tām Deitas, quam humanitas in Christo possunt dici quædam forma, vel quidam actus, non tamen hoc erit

B eodem modo, quia Deus est actus purus, cui nihil est admixtum de materia, vel de potentia; humanitas vero est actus compositus, cui est admixta potentia, vel materia.

### Dub. III. Litteralis.

L T E R I V S autem dubitatur de eo, quod in littera dicitur (*Christus habet omnem, & perfectam naturam Deitatis*) Sed contra: nam hoc signum, omne, est signum distributuum, vel diuinum, sed natura diuina in Christo est indiuisa, quia natura illa est indiuisibilis, & immultiplicabilis, ergo &c.

DICENDVM, quod ibidem, *omne*, sonat idem quod totum, & perfectum, non per comparationem ad partes, sed per comparationem ad nihil sibi deesse: Christus ergo habet omnem naturam Deitatis, quia nihil sibi deest de Deitate, sed habet in se totam, & perfectam Deitatem.

### Dub. IV. Litteralis.

L T E R I V S autem dubitatur de eo, quod in littera dicitur, Ideo que non sic dicitur natura diuina esse homo, vel facta homo, sicut Dei Filius, supple dicitur esse homo, vel factus homo. Sed contra: cum natura diuina prædictetur de Dei Filio, quia Dei Filius est natura diuina, quicquid competit Dei Filio, com-

Forma, en-  
delechia, &  
actus idem  
dicunt.

Omne id  
quod totum,  
quomodo  
intelliga-  
tur.

compereret naturæ diuinæ; si ergo Dei Filius est homo, & est factus homo, oportet, quod natura diuina sit homo, & sit facta homo.

DICE NDVM, quod ad soluen-

Opinio cō-  
muniis di-  
stinguit de  
nominibus  
substantiis,  
& adiecti-  
vis.

Aegidius di-  
stinguit de  
nominibus  
secundūm con-  
cretum, &  
abstractum.

Nomina in  
cōcreto im-  
plicant sup-  
positū, ideo  
possunt itare  
pro supposi-  
to: non sic  
nomina in  
abstracto.

Differunt autem hæc nomina ab illis, quia nomina significantia in concreto, etiā de suo significato stant pro supposito, quia implicant suppositum; & ideo quantum ad concreta, concedimus, quæ conueniunt naturæ, quam talia nomina significant, & quæ conueniunt supposito, vel personæ, quam talia nomina implicant, ideo concedimus, quod Deus generat, & non concedimus, quod diuina natura generat, & dicimus, quod diuina essentia, vel natura nec gignit, nec procedit. Si ergo queratur causa huius diversitatis, dicemus, quod licet idem significet Deus, & Deitas, tamen hoc non est eodem modo, quia Deus significat illud in concreto, & cum implicatione suppositi; Deitas autem significat illud in abstracto, & quantum est de se sine implicatione suppositi.

Diligenter ergo consideranda sunt verba Magistri, quia non sic dicitur natura diuina esse homo, vel facta homo, sicut Dei Filius, vel etiā supple, ipse Deus dicitur esse homo, vel factus homo, quia, ut patet, etiam in diuinis non eodem modo significant concreta, & abstracta, ad quod valent verba Commentatoris in 12. quod viuum, & vita in Deo non dicuntur omnino synonymè. Cùm ergo in Christo magis propriè dicatur facta vno in persona, quam in natura, quia facta est vno in natura, vel ad naturam ratione personæ, ideo sine dubitatione patet verum esse, quod non sic dicitur natura diuina, quæ significat in abstracto esse homo, si-

cut Deus, qui significat, & implicat suppositum, dicitur esse homo, vel factus homo, vel sicut ipse Dei Filius, qui dicit ipsum suppositum diuinum, esse homo, vel factus homo.

Sed quæres, vtrum possit hoc aliquo modo verificari, quod natura diuina, siue Deitas sit homo, vel facta homo. Ad quod dici potest, quod aliud est verificari loquutionem aliquam formaliter, & aliud per identitatem: formaliter autem nec secundūm significationem, nec secundūm implicationem Deitas est homo, vel est facta homo: & per identitatem potest tolerari præfata loquutio: nam cùm Dei Filius sit sua Deitas, & idem sit Deitas, & Dei Filius, sicut Dei Filius est homo, & factus homo, videtur quod Deitas sit homo, & facta homo.

Hæc propo-  
situm, Deitas  
est homo,  
veleat facta  
homo: for-  
maliter est  
falsa, per  
identitatem  
potest tol-  
erari.

Est ergo notabiliter aduertendum, quod in diuinis tripliciter possunt verificari loquutiones; vel secundūm formalem loquutionem, & sic verificatur, quod Dei Filius est homo, & est factus homo, quia Dei Filius significat ipsum suppositum, cui propriè, & secundūm se competit humanam naturam assumpsisse, & ex hoc esse homo, & esse factus homo: Secundò possunt tales loquutiones verificari, non secundūm formalem significationem, sed secundūm modum significandi, & per implicationem, & sic verificatur, quod Deus est homo, & est factus homo: nam licet Deus, secundūm suam formalem significationem non significet suppositum, sed naturam, secundūm suum modum significandi, quia significat in concreto, implicat suppositum. Tertiò modo possunt verificari tales loquutiones, nec secundūm suam propriam significationem, nec per implicationem, sed solum per identitatem: & sic verificatur quod Deitas est homo, vel facta homo: nam cùm Deitas sit idem, quod Dei Filius, quæ verificantur de Dei Filio, verificantur de Deitate per identitatem: propter quod non ait Magister, quod hæc sit simpliciter falsa, quod Deitas est homo, vel est facta homo, sed quod non est sic, id est eodem modo, sicut quod Dei Filius est homo, vel est factus homo.

Quomodo  
in diuinis  
tripliciter  
possint ve-  
rificari pro-  
positiones,  
vel loqua-  
tiones,

## DISTINCTIO VI.


*De conditionibus Dei incarnati.*

X præmissis &c.  
Postquam Magister determinauit de incarnatione Dei , hic incipit determinare de conditionibus ipsius Dei incarnati.Circa quod duo facit, quia primò determinat de ijs , quæ conueniunt Deo incarnato ratione vniōnis. Secundò determinat de ijs , quæ conueniunt, etiam absolute loquendo , ipsi naturæ assumptæ , ibi : *Propterea sciendum est Christum secundum hominem*, in principio distinctionis 13. Nam determinare de ijs , quæ speiant absolute ad Christum , secundum naturam diuinam, hoc spectat ad primum librum . Circa primum duo facit , quia primò determinat de Deo incarnato , quantum ad sequentia p̄afatam vniōnem , ibi : *Post prædicta*, in principio distinct. 8. Et similiter circa istud duo facit , quia primò exprimit quædam circa incarnationem Verbi , & narrat tres positiones circa p̄afatā , & ponit confirmationem trium p̄afatarum positionum . Secundò resumit quædam ad intelligentiam , & declarationem earum . Circa quod duo facit , quia primò dubitando , & quærendo exprimit quædam circa incarnationem Verbi . Vtrum ex huiusmodi incarnatione possimus dicere , quod Deus est homo , & quod Deus est factus homo , & è conuerso . Secundò , circa huiusmodi expressa narrat tres positiones , & adducit tres confirmations p̄afatarum trium positionum : secunda ibi : *Alij autem dicunt* ; Circa quod sex facit , quia primò ponit primam positionem ; Secundò ponit eius positionis confirmationem . Tertiò ponit secundam positionem . Quartò ponit illius secundę opinionis confirmationem . Quintò ponit tertiam positionem . Sextò ponit illius tertię positionis confirmationem . Secunda ibi : *Sed ne de suo*


A sensu . Tertia ibi : *Sunt autem & alij* . Quarta ibi : *De huiusmodi Augustinus* . Quinta ibi : *Sunt etiam alij* . Sexta ibi : *Ne autem* . Et in hoc terminatur sententia presentis lectionis, & distinctionis .

## QVÆSTIO PRIMA

Principalis .



I R C A hanc distinctionem quærūtur quatuor principali. Nam primò queritur de quibusdā communibus faciétibus ad declarationem , & intelligentiam omnium trium positionum . Secundò queritur specialiter de pertinentibus ad positionem primam . Tertiò de pertinentibus ad opinionem secundam . Quartò de pertinentibus specialiter ad positionem tertiam . Circa primum queruntur tria , quæ faciunt , vel possunt facere communiter ad intelligentiam omnium trium positionum : nam primò queritur de ipso supposito : Vtrum eodem modo , & secundum eandem rationem accipiatur suppositum in diuinis , & in creaturis . Secundò , cùm dictum sit supra , quod facta est vnio incarnationis , non in natura , sed in persona : Vtrum aliquo modo possit verificari , quod facta sit vnio in natura , & aliquo modo falsificari , quod facta sit vnio in persona . Tertiò queretur communiter de omnibus tribus positib⁹ tactis in littera , in quo conueniunt , in quo differunt , & quicquid vnaquaque illarum asserat .



## ARTIC. I.

*Vtrum suppositum eodem modo accipiatur in diuinis, & in humanis.*

*Conclusio est negativa.*



D primum sic proceditur. Videtur, quod eodem modo, & secundum eandem rationem recipiatur suppositum in diuinis, & in creaturis. Nam suppositum hic, & ibi non videtur dicere aliud, quam naturam cum proprietate: ergo &c.

Præterea. Actus, qui competit suppositis, sicut est generare, & generari, & procedere tam in diuinis, quam in creaturis attribuuntur suppositis, quia suppositum est id, quod gignit, & gignitur, & procedit: natura autem, vel essentia non gignit, nec gignitur, nec procedit, licet possit esse ratio, quod suppositum gignat, gignatur, & procedat: sed hoc est tam in diuinis, quam in creaturis: ergo hec eodem modo, & secundum eandem rationem accipiuntur hic, & ibi.

Præterea. Tota ratio suppositi, vel persona videtur in hoc consistere, quod sit aliquid individuum, idest incomunicabile, ut patet per Boet. in lib. De duabus naturis: sed hoc est tam in diuinis, quam in creaturis: ergo &c.

Præterea. Nihil est aliud suppositum, vel persona, quam quedam res naturæ, sed hoc est tam in diuinis, quam in creaturis: ergo &c.

IN CONTRARIUM est, quia supposita diuina habent unitatem, secundum rem, quia sunt una, & eadem res: sed supposita creata nunquam habent unitatem secundum rem, quia nunquam plura supposita creata possunt esse una, & eadem res; si autem habent unitatem, hoc erit secundum rationem tantum, quod non posset esse, si eodem modo acciperetur ratio suppositi in diuinis, & in creaturis.

Præterea. Natura diuina predicatur in

A abstracto de suo supposito, quod non est si eodem modo, & secundum eandem rationem acciperetur ratio suppositi in diuinis, & in creaturis. ergo &c.

## RESOLVATIO.

*Suppositum in diuinis, & in humanis, non sumitur secundum eandem rationem: patet ex quinque differentijs luculenter in questione assignatis.*

RESPONDEO dicendum, quod ratio, vel rationes accipendi suppositum in diuinis, & in creaturis, quantum ad præsens spectat, quinque modis differunt, Nam prima differentia est, quia ratio accipendi suppositum in creaturis semper sumitur secundum absolutum; sed ratio accipendi suppositum in diuinis semper sumitur secundum aliquid relatum, vel secundum aliquam relationem; concedimus enim, quod natura cum proprietate constituit suppositum, tam in diuinis, quam in creaturis: sed hoc aliter, & aliter: quia in puris creaturis constituit suppositum natura cum aliqua proprietate absoluta, quæ est habere per se esse; nam in puris hominibus natura humana, quæ habet per se esse, constituit suppositum humanum, sic etiam in alijs suppositis, ut natura lapidis cum hac proprietate, quæ est habere per se esse constituit suppositum lapidis, & sic se habet etiam in omnibus alijs puris creaturis: Verū in diuinis non constituit suppositum natura cum proprietate absoluta, sed cum proprietate relativa, vel cum relatione, ut natura diuina cum Paternitate constituit personam, vel suppositum Patris, & sic de alijs diuinis suppositis; cogimur enim sic in diuinis dicere, quod non possunt ibi esse plura, idest plures res absolutæ; potest enim ibi esse absolutum, & respetuum, vel possunt ibi esse duo prædicamenta, substantia, & relatio, & possunt ibi esse plures res relatæ, sed plures res absolutæ ibi esse non possunt, quia hoc sine reali compositione esse non posset.

Ex hoc autem patere potest defectus argumenti, quod facit Commentator in 12. contra ponentes Trinitatem in Deo, dicens, quod aliqui posuerunt Trinitatem

Ratio accipendi suppositum in diuinis, & in creaturis, quinque modis differunt.

In creaturis naturæ cum proprietate absoluta constituit suppositum in diuinis autem naturæ cum proprietate relativa.

objecit  
Commentator

Solutio.

tem in Deo, & voluerunt euadere per hoc quod sunt tres, & unus Deus, & nescierunt euadere, quia cum substantia fuerit numerata, congregatum erit vnum per intentionem additam. Quod argumentum tripliciter deficit, quia in Deo, vel in diuinis non numeratur, vel plurificatur substantia, sed supposita, vel persona. Secundo deficit praeformatum argumentum, quia persona, vel suppositum in diuinis non est quid congregatum, vel aggregatum, quia relatio supra suum fundamen-  
Relatio supra suum fundamen-  
 tum nihil reale addit, nec facit compositionem.

B

componit, realiter loquendo, quia relatio nihil reale addit supra suum fundamen-  
 tum, nec aliquam compositionem facit supra ipsum, quia non est aliquis compositior ex eo, quod est albus, & similis, quam ex eo, quod est albus tantum. Tertio deficit argumentum, quia relatio non dicitur intentio addita propriè, quia relatio secundum suam quidditatem non est aliquid, sed ad aliquid, ideo hoc est proprium relatiui, quod sit res, & ratio: nam relatio respectu oppositi, ad quod referatur, est res non absoluta, sed relata, sed respectu sui fundamenti non est res, sed ratio tantum, & si est res, est eadem res relata; respectu fundamenti est tantum ratio.

C

relationes diuinæ respectu naturæ diuinæ, vel essentiarum, in qua fundantur, sunt eadem res, cum ipsa diuina essentia, vel natura.

Secundo differt modus accipiendi suppositum in diuinis, & in creaturis, quia quodlibet diuinum suppositum potest supplere vices cuiuslibet suppositi creati, sed nullum suppositum creatum potest supplere vices alicuius alterius suppositi, siue creati, siue increati; quod sic declaratur. Nam sic loquendum est de aliquo supposito, sicut loquimur de natura constitutive suppositum illud, quia nullum est suppositum, quod non constituitur per aliquam naturam: sicut ergo loquimur de natura diuina, sic debemus loqui de quolibet supposito constituto per talem naturam; Et quia natura diuina potest supplere vices cuiuscunque naturæ, quia quicquid potest natura diuina cum quacunque natura creata, potest sine illa natura creata; pari ergo ratione quicquid potest suppositum diuinum, cum quocun-

A que supposito creato, potest sine illo supposito creato, propter quod, sicut natura diuina potest supplere vices cuiuscunque naturæ creatæ, sic quodlibet suppositum diuinum potest supplere vices cuiuscunque suppositi creati. Hoc ergo modo possumus intelligere quomodo *Verbum caro factum est*; id est, Dei Filius factus est homo; nam nihil est aliud Dei Filium assumere naturam humanam, & esse factum hominem, quam Dei Filium, vel suppositum Verbi, seu personam Verbi supplere vices suppositi, vel personæ humanae creatæ; nam si natura illa non fuisset assumpta à Verbo, vel à supposito, vel à persona Verbi, constituisset de se quoddam suppositum, vel quandam personam creatam: assumpta autem à Verbo non constituit de se personam, vel suppositum creatum, sed sustentata est in supposito Verbi ab æterno in esse constituto. Hec autem veritas huic veritati innititur, quia sicut natura diuina, ut dictum est, potest facere quicquid potest facere quæcunque natura creata, sine illa natura creata, & hoc modo supplere vices cuiuscunque naturæ creatæ, sic quodlibet suppositum diuinum assumens hunc eundem modum ex sua uatura, potest supplere vices cuiuscunque suppositi creati, & sine supposito creato sustentare in seipso quamcunque naturam creatam: propter quod natura illa, quæ de se constitueret suppositum, assumpta à Verbo non constituit suppositum, sed Verbum sustentans in se naturam illam, supplet vices illius suppositi, quod natura illa sibi diericta, vel non assumpta constitueret; sic ergo est in suppositis diuinis.

D

Sed non est sic in suppositis creatis, nam cum suppositum creatum sequatur modum suæ naturæ constituentibus ipsum, sicut suppositum diuinum sequitur modum naturæ suæ, cum nulla natura creata simpliciter, & absolutè possit supplere vices cuiuscunque alterius naturæ, siue creature, siue increati, nullum suppositum creatum poterit supplere vices alterius suppositi: est enim quilibet natura creata sic terminata, limitata, & circumscripta, contracta ad determinatum genus, & ad determinatam speciem, ut fines, & limites illos transcendere non possit, sed sem-

Dei Filium  
 assumere  
 turā huma-  
 nam, est, sup-  
 positum di-  
 unum sup-  
 plere vices  
 suppositi  
 humani.

Suppositum  
 diuinū se-  
 quitur mo-  
 dum suæ na-  
 turæ, & quia  
 natura diu-  
 na potest  
 supplere vices  
 cuiuslibet  
 naturæ  
 creatæ, ideo  
 suppositum  
 diuinum  
 potest  
 supplere vi-  
 ces cuiuslibet  
 supposi-  
 ti creati.

Naturæ crea-  
 ta non po-  
 test suppli-  
 te vices al-  
 terius natu-  
 ræ, neq; sup-  
 positum crea-  
 tum valeat  
 supplere vi-  
 ces alterius  
 suppositi.

per servat suum numerum, quantum ad esse individuale, siue pondus quantum ad esse in genere, vel in praedicamento, suam mensuram quantum ad habere quidditatem specificam, & quantum ad esse in sua specie; & quia natura creata sic contracta & limitata simpliciter, & per omnem modum vices alterius naturae supplere non potest, ideo nullum suppositum creatum, quod est constitutum in esse, per talem, naturam, vices alterius suppositi cuiuscunque supplere non poterit.

Ex hac autem secunda differentia inter suppositum diuinum, & creatum, sequitur differentia tertia, quod quamvis in supposito diuino possit esse natura, non solum, quae est accidentis, sed etiam, quae est substantia, non constituens tale suppositum, prout est in supposito Verbi natura humana, quae est substantia non constituit suppositum Verbi, sed sustentatur in tali supposito iam in esse constituto; in nullo tamen supposito creato potest esse natura, quae est substantia non constituens tale suppositum. Erit ergo haec regula generalis in omnibus puris creaturis, quod in hoc differt substantia ab accidente, quod substantia semper constituit suum suppositum, accidentis autem nunquam constituit suum suppositum, sed semper substantetur in supposito iam in esse constituto.

Quarta autem differentia inter suppositum diuinum, & creatum poterit assignari, quia suppositum creatum semper est totum reale in sua natura, & semper addit aliquem modum realem supra suam naturam, propter quod tale suppositum nunquam est ita simplex, sicut sua natura. Ex quo sequitur, quod nulla natura creata praedicatur in abstracto de suo supposito, propter quod dici non potest, quod humanitas sit homo, vel humanitas sit Sortes; conceditur tamen ratione simplicitatis, & identitatis, quod Deitas sit Deus, & quod Deitas sit quodlibet suum suppositum, quod constituit in esse; nam Deitas est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

Duo ergo requiruntur ad hoc, quod natura in abstracto praedicetur de supposito, videlicet quod illud suppositum sit diuinum, & quod sit constitutum in esse per illam naturam, & ideo de nullo puro homine praedicatur natura in abstracto, quia nullus

Naturae  
ta est limi-  
tata ad nu-  
merum, pon-  
dus, & men-  
suram, quo-  
modo inel-  
ligatur.

In puris  
creaturis  
substantia  
semper co-  
stituit sup-  
positum: ac-  
cidentis ne-  
quaquam.

Ad hoc ut  
natura pre-  
dicetur in  
abstracto,  
de supposi-  
to duo re-  
quiruntur.

Aegid. super iij. Sent.

purus homo potest dici suppositum diuinum, etiam de ipso supposito Verbi non praedicatur humanitas in abstracto, licet de eo praedicetur Deitas in abstracto: bene enim dictum est, quod suppositum Verbi est sua Deitas, sed non est bene dictum, quod tale suppositum sit sua humanitas, quia in humanitate est compositio materiae, & formae, substantiae, & accidentis; sed quodlibet suppositum diuinum, ut diuinum est, ita est simplex, sicut sua Deitas; propter quod quodlibet diuinum suppositum potest dici sua Deitas, quia in diuinis, sic est simplex persona, ut essentia.

Aduertendum autem, quod cum assignatae sint quatuor differentiae, inter suppositum diuinum, & creatum, possumus eas sic reducere ad unum, quod differentia tertia reducitur ad secundam; nam ideo natura substantialis potest esse in supposito diuino non constituens ipsum in esse, quod non contingit supposito creato, quae fuit differentia tertia inter hoc suppositum, & illud, quia suppositum diuinum potest supplere vices cuiuslibet suppositi creati, sed nullum suppositum creatum, potest supplere vices cuiuscunque suppositi, siue creati, siue increati, quae fuit differentia tertia. Et sicut differentia tertia reducitur ad secundam, sic differentia quarta potest reduci ad differentiam primam; nam de diuino supposito praedicatur natura diuina in abstracto, & non de creato, quae est differentia quarta: si bene considerentur quae dicta sunt, patet, quod haec differentia quarta sequitur ex prima, quia omne suppositum creatum est quid compositum, & constituitur in esse per aliquid absolutum; sed suppositum diuinum, siue increatum est quid simplex, & constituitur in esse per relationem, quae sic distinguit, quod non componit; propter quod suppositum diuinum est ita simplex, sicut sua essentia, vel natura, nullum autem suppositum creatum est sic simplex, sicut sua essentia, vel natura, & quia haec fuit prima differentia, patet, quod differentia quarta reducitur ad primam, sicut tertia ad secundam.

Sed dices, quod etiam in supposito diuino, vel in supposito Verbi humanitas, quae est sua natura, non praedicatur de ipso in abstracto, quia non est bene di-

Relatio di-  
uina distin-  
guit, & non  
componit.

Etum, quod Verbum sit humanitas, licet sit bene dictum, quod Verbum sit homo. Deitas ergo prædicatur de Verbo in concreto, & in abstracto, quia Verbum est Deitas, & est Deus, sed humanitas prædicatur de Verbo in concreto, sed non in abstracto, quia Verbum est homo, sed non est humanitas. Potest autem soli hæc obiectione per iam dicta, nam dictum est, quod duo requiruntur ad hoc, ut natura de suo supposito prædictetur in abstracto. Primum est, ut illud suppositum sit diuinum, quia de nullo supposito creato prædicatur sua natura in abstracto. Secundum est, ut illa natura, quæ prædicatur de ipso, faciat ad constitutionem eius. Si ergo suppositum Verbi comparemus ad naturam diuinam, inuenimus ibi utrumque; nam suppositum Verbi est suppositum diuinum, & increatum, & natura diuina est de constitutione ipsius; sed si suppositum Verbi comparemus ad naturam humanam, est ibi vnum, & non aliud: nam suppositum Verbi est suppositum diuinum, & increatum, sed natura humana non est de constitutione eius. Verum quia hoc dictum non exprimit sufficienter causam eius quod queritur, respondebimus ad obiectionem factam, assignando causam. Nam causa, quare natura aliqua in abstracto non prædicatur de suo supposito, est compositio; nam si esset omnino simplex natura, & suppositum semper, etiam in abstracto natura prædicaretur de supposito, & è conuerso; cum ergo sit vera, & realis compositio in natura humana, non prædicabitur de suo supposito in abstracto, siue illud suppositum sit diuinum, quia Verbum non est sua humanitas, siue sit suppositum creatum, quia multo magis nullus purus homo est sua humanitas.

Salutio.

Cause quare natura aliqua non prædicatur de suo supposito est compositio

Quod suppositum diuinum à sua natura habeat per se esse, & à relatione distinctione ab alijs suppositis, tripliciter ostenditur

Vlterius dubitaret aliquis; Vtrum præter has quatuor differentias sit dare aliam differentiam quintam, inter suppositum diuinum, & creatum; Respondeo dicendum. Potest adhuc quinta differentia assignari, quia suppositum diuinum, vt supra compendiosè tetigimus ex sua natura habet, quod habeat per se esse; ex sua vero proprietate relativa, siue relatione habet, quod habeat distinctum esse ab alijs diuinis suppositis. Quod possumus

A tripliciter declarare: Primo ex differentia naturæ diuinæ ad suum esse: Secundo ex solitudine diuinæ naturæ, & cuiuslibet rei absolute in Deo: Tertio ex pluralitate diuinorum suppositorum.

B Prima via sic patet; nam diuina natura est ipsum esse simplex, & separatum, vbi nulla est compositio, nulla materialitas, nulla potentialitas, sed est actus purus, quod non contingit de aliqua creatura. Nam (ut dicitur in libro de causis) ipsa intelligentia habet suum hyliachim, id est suum materiale, vel suum potentiale, quia non est actus purus, sed est composita ex potentia & actu, vel ex essentia, & esse; natura ergo diuina est idem, quod ipsum suum esse, & quia nihil cōpetit rei ita per se, sicut illud, quod est idē ipsi rei; omnino ergo naturę diuinę competit per se esse, quia per se competit ei suum esse.

C Secunda via ad hoc idem sumi potest ex solitudine diuinę naturę, siue cuiuslibet rei absolute in Deo: nam in diuina Scriptura aliquando inuenimus Deum esse solum, iuxta illud Deuteron. 31. *Vide-*

Deuter. 31.

*te, quod ego sum solus, & non sit alius Deus præter me:* aliquando dicimus eum non esse solum, quia nullius sine socio est iucunda possessio, ergo summi boni possessio,

Boer.

quæ est in Deitate non esset iucunda sine societate, quantum ergo ad essentiam, & ad res absolutas est ibi solitudo, quia

Quomodo

Deus dicatur solus, &amp; associatus.

nō est ibi nisi vna simplex essentia, & vna res absoluta, de qua ait Aug. lib. 7. de Trinit. c. 2. *Si essentia diceretur ad aliquid, essentia non esset essentia.* quantum ergo ad essentiam, & quantum ad rem absolutam in diuinis est solitudo, quia diuina essentia, & quodcumque ibi absolutè dictum,

Tom. 3.

est solum, quia non est cum alio absoluto, nec in alio absoluto, nec per aliud absolutum: & quia hoc est per se esse, & solum esse, nec cum alio, nec per aliud, nec in alio, ideo potissimum essentiæ diuinæ competit, quod sit sola, & quod habeat esse per se.

Quid sit es-

se per se.

Quando ergo inuenimus, quod Deus dicitur solus, referendum est hoc ad essentiā, quod patet ex authoritate allegata; nā cum dicitur: *Videte, quod ego sum solus, statim subditur de nomine significante essentiam, & non sit alius Deus præter me;* sed

quādo inuenimus Deū non esse solū, quia Dei Filius, qui erat verus Deus, dicebat *Io. 8.*

Io.8. c.8. *Qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum, referendum est ad personas. Habere ergo per se esse, id est habere esse, nec cum alio, nec in alio, nec per aliud absolutum, competit diuinis personis ratione essentie, vel naturae.*

Benè ergo dictum est, quod diuinis personis, vel suppositis ex sua natura, quæ est ipsum esse, competit per se esse, in quo differunt supposita diuina à suppositis creatis, quia supposita creata habent naturam constituentem ea, quæ non sunt suum esse, & cui non competit per se esse, ideo si talia supposita habent per se esse, hoc non est ex sua natura, sed ex proprietate, quæ est ipsum per se esse, quia hoc est proprium supposito etiam creato, prout distinguitur à sua natura etiā creata, quod talis natura non per se, sed in suo supposito habeat esse: ipsum verò suppositum etiam creatum habet per se esse; nam ipsis suppositis etiam creatis competit, quod sunt per se substantiae. de quibus lo-

Arist. in pre dic. subst. *Philos. in prædicam. Omnia sunt in primis, videlicet accidentia propria, species, & genera, & destruetis primis, impossibile est aliquid aliorum remanere;* Est proprii suppositi creati habere esse per se, & naturæ crea- te in alio. *sicut eigo proprium naturæ creatæ est habere esse in alio, ita proprium est etiam suppositis creatis habere esse per se.*

Tom: 3. *Tertia via ad hoc idem sumi potest ex pluralitate diuinorum suppositorum, quia ut patet per August. lib. de Trin. c. vlt. Omnis unitas in diuinis est ex parte absoluti, sive essentie, & omnis pluralitas est ex parte relationis, ideo quicquid in diuinis dicitur pluraliter, ad relatiua est referendum, ut cum dicit Christus pluraliter, Ego & Pater unum sumus, quia non dicit, sum, simpliciter, sed dicit, sumus, pluraliter ad Patrem, & Filium est referendum, qui sunt plura relatiæ, & non substantialiter: & cum dicit pluraliter, Ad eum veniemus, & mansioem apud eum faciemus. de tota Trinitate potest intelligi, qui sunt tres relatiæ, non substancialiæ. Ipsi ergo substancialiæ in diuinis, & cuilibet absoluto, quia quodlibet absolutum in diuinis est idem, quod ipsa substantia, competit subsistere, id est per se esse: per relationes autem in diuinis est omnis plurificatio, omnis distinctio, & quæcunque dicuntur ibi plura esse: possumus autem*

*Aegid. super iij. Sent.*

ad hoc adducere authoritatem Augustini

Tom. 3.

lib. 7. de Trin. c. 4. vbi probat, quod idem

D. P. Aug. lib. 7. de Trin. c. 4.

est in Deo subsistere, & esse; non est autem idem esse, & Patrem esse: ait enim: *Non autem aliud est Deo esse, aliud subsistere, sicut est aliud Deo esse, aliud est Patrem esse:*

Et subdit: *Quod enim est, id est, quod subsistit, ad se dicitur, Pater autem dicitur ad Filium, & Dominus ad seruum. Itaque*

Itaque cùm dicatur lib. 7. de Trin. c. 1. Sicut à sapientia est sapere, à potentia posse, sic ab essentia esse; si ergo in Deo est idem subsistere, & esse, sicut à natura, & ab essentia

in diuinis sumitur esse, à natura, & ab es- sentia in diuinis sumitur subsistere, quod idem est, quod per se esse: licet ergo in

diuinis non sit idem esse, & Patrem esse, idem tamen est ibi & subsistere, & per se esse, quæ omnia patere possunt per Aug. lib. 7. de Trin. c. præassignato. Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quod subsistere, & per se esse, competit Deo ex sua natura, quæ non habet in alio, nec cum alio, nec per aliud, esse per se.

Sed dices, quod natura diuina habet in

obiectio.

C suis suppositis, & cum suis suppositis. Sed sic obiciens ignorat vim verborum. Nam supposita in diuinis dicuntur relatiæ, & per relationes plurificantur. Relatiua au-

Solutio.

tem comparata ad seipso habent distinctionem, sed comparata ad suum fundamentum, quod est ipsa Diuina essentia, non habent aliam atem, nec distinctionem, sed sunt ipsa diuina substantia; vel aliter facerent compositionem in Deo, & in diuinâ essentia, quod est contra commune dictum. Nam communiter dicitur, quod relationes diuinæ ita faciunt distinctionem suppositorum, ut non faciant compositionem, nec in suppositis, nec in substantia; sed est ita simplex diuinum suppositum, sicut ipsa substantia.

Esse ergo diuinam substantiam, vel naturam in diuino supposito, vel suppositis, non est eam esse in alio, vel in alijs, sed est eam esse in seipso, & per seipsum, & cum seipso. Sic ergo dicendum est de subsistere, vel de per se existere, vel de per se esse, vel de esse ad se in diuinis. Sed si quis vellet omnino accipere per se esse, prout est idem, quod distinctum esse; tunc certum eset, quod cum omnis distinctio in

Naturâ diui- nam esse in supposito, vel supposi- tis, non est esse in alio, vel in alijs, sed est ipsa esse in seip- so, per seip- sum, & cum seipso.

diuinis sit per relationem, sic per se esse, prout est idem, quod distinctum esse; non esset per diuinam substantiam, sed per relations; Verum hoc modo non est conformare se verbis Augustini dicentis: *In Deo idem est subsistere, & esse*: non est autem idem esse, & Patrem esse. Quantum ergo ad principalem quæstionem patet, quod non secundum eundem modum accipitur suppositum in diuinis, & in creaturis.

## RESP. AD ARGVM.

*Proprietas duplex, relativa, & absolute: suppositum creatum constituitur per proprietate absolute diuinum autem per relatiuam, cui magis concordat esse, quam cui libet substantia creatura.*

Ad primum dicendum, quod natura cum proprietate constituit suppositum in diuinis, & in creaturis, sed non eodem modo hoc est; quia in diuinis natura constituit suppositum cum proprietate relativa; in creaturis autem cum proprietate absoluta: Nec propter hoc minus habet, immo plus habet de stabilitate, & immobilitate suppositum diuinum, quam suppositum creatum; quia plus habet immobilitatis, & stabilitatis proprietas relativa, vel relatio in diuinis, non solum quantum accidens, sed etiam quantum quæcunque substantia in creaturis.

*D. P. Aug.  
lib. 15. de  
Trin. c. 14.*

Ad secundum dicendum, quod actiones, de quibus loquitur argumentum, in diuinis sunt quædam relations; quia nulla distinctio est in diuinis, nisi per relations; iuxta illud Augustini lib. 15. de Trinit. cap. 14. *Filius est idem, quod Pater, non tamen est Pater, quia iste Filius, ille Pater*, ideo gigni, & gignere, & procedere, per quæ est distinctio personarum, licet significant per modum actionis, & passionis, in se, prout distinguunt personas, sunt relations quædam: D

*Gigni, gignere, & procedere dupliciter considerantur, ut in se, vel ut distinguunt personas, primo modo significat per modum actionis: secundo modo sunt relationes creaturis autem non ita.*

vt quia Pater gignit, Filius gignitur, refertur Filius ad Patrem, sicut genitus ad gignentem. In creaturis ergo gignere, & gigni non solum relations, sed veras actiones, & passiones importare possunt: & tunc idem sequitur, quod prius, vide licet, quod non eodem modo accipitur suppositum in diuinis, & in creaturis: Quia in diuinis accipiuntur supposita, per proprietates relativa; in creaturis vero possunt accipi, & accipiuntur per proprietates absolutas.

Ad tertium dicendum, quod incom-

A municationis in diuinis nunquam est per substantiam, vel per aliqua absoluta, sed semper est per aliqua relativa: propter quod nihil contra nos arguit argumentum.

*Res duplex relata, & absolute: res naturæ in diuinis est relata: in creaturis est absolute.*

Ad quartum patet etiam solutio per iam dicta, quia res naturæ, prout est idem, quod suppositum, in diuinis non est res absoluta, sed relata: sunt enim in diuinis tres res, quibus fruendum est, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, non tres res absolutæ, sed relatae, non tria aliquid, sed tria ad aliiquid.

B

## ARTIC. II.

*Quare in Christo sit facta unio in persona, non in natura, & utrum aliquo modo negari, & aliquo modo concedi possit. Conclusio. Unio est facta in persona immediatè: & in natura mediante persona.*

D. Thom. 4. p. q. 2. art. 1. & 2. & Authores supra citati.



ECUND O causa breuitatis queritur sine argumentis, quare in Christo dicatur facta esse unio, non in natura, sed in persona, & utrum possit aliquo modo negari, unionem factam esse in persona, & aliquo modo concedi dictam unionem factam esse in persona.

## RESOLVTO.

*Unio in Christo non est facta in natura, quia natura humana non est eadem cum natura diuina: nec per mixtionem: nec per informationem: nec per conuersionem: sed est facta in persona, quia in eo non est, nisi una persona diuina, quæ si dicatur consummata personam humanam, id fuit impediendo ipsam: ad quam personam diuinam est ipsa unio immediate terminata: mediata autem ad naturam.*

RE-

RESPONDE O dicendum, quod in Christo non dicitur facta esse unio in natura, quia non est in Christo una sola natura: Nam natura humana non est una, & eadem cum natura diuina: nec per conuersationem, sicut natura cibi conuerterit in naturam cibati: nec per mixtionem, sicut ex quatuor elementis fit una natura mixta; nec per informationem sicut ex materia, & forma fit una natura, tertia totius compositi. Non est in Christo facta unio in natura, quia non est in Christo una natura tantum. Secundò non est facta in Christo unio in natura, quia nullo modo potest concedi, quod ibi natura consumpsit naturam, sed qualibet natura manet in Christo cum suis proprietatibus, iuxta illud Damasc. lib. 3. c. 3. quod natura humana, & diuina in Christo seruant suas differentias, & suas proprietates, quia quod creabile, mansit creabile; & quod increabile, increabile: & quod mortale, mortale; quod immortale, immortale; & sic de proprietatibus, & differentijs alijs. Tertio non potest simpliciter concedi, talem unionem esse factam in Christo, in natura, quia, cum in Christo sit natura, & persona, illa unio non dicitur esse facta in natura, quia non immediatè terminata est ad naturam, & mediante natura ad personam.

Sicut ergo tripliciter ostendimus in Christo non esse factam unionem in natura; sic possumus tripliciter ostendere in Christo factam esse unionem in persona. Primo, quia non est ibi nisi una persona. Secundo, quia possumus concedere ibi personam consumpsisse personam: nam, ut scripta communia dicunt (verba sunt Innocentij) In Christo persona consumpsit personam, quæ consumptio non est intelligenda per destructionem, quod ibi persona destruxerit personam; quia non destruitur, nisi quod est, numquam autem in Christo fuerunt duas personæ; sed haec consumptio potest intelligi per impeditiōnem. Nam quia natura humana est assumpta à Verbo, & per illam assumptionem, substantata est illa natura in persona Verbi, ex hoc impedita est natura illa, ne constituat personam, quæ non

In Christo  
persona cō-  
sumpsit per  
sonam: quo-  
modo intel-  
ligatur.

Aegid. super iii. Sent.

A assumpta, ut supra patuit, constituisset personam. Tertio dicitur talis unio facta esse in persona, quia immediatè terminata est ad personam, & mediante persona facta est unio in natura: Hoc est ergo, quod dicitur in Symbolo. *Vnus autem est Christus, non confusione substancialē, sed unitate personā:* igitur cum persona Verbi, ad quam immediatè terminata est unio naturae humanae, non sit sine sua natura diuina, non potuit unio naturae humanae immediatè ad naturam terminari diuinam, nisi mediante persona diuina id fieret: atque ita dicitur ibi facta esse unio in persona.

Verū, quia quæstio proposita etiam querit, Vtrum possit aliquo modo negari, unionem factam in persona, & aliquo modo concedi, unionem factam esse in natura; ideo sciendum, quod de unione facta in Christo possumus loqui tripliciter: primo quantum ad constitutionem: secundo quantum ad coniunctionem: tertio quantum ad substantiationem.

C Si ergo loquamur de illa unione quantum ad constitutionem vel diuinæ naturæ, vel diuinæ personæ, sic neganda est talis unio, & in natura, & in persona: Nam ex illa unione non est constituta diuina natura, nec diuina persona, nec aliqua persona; quia nullam personam constituit natura humana in Christo, sed solum substantata est in persona Verbi ab æterno in esse constituta.

D Sed si loquamur de tali unione secundo modo quantum ad coniunctionem, sic possumus dicere, quod per talem unionem facta est coniunctio naturæ humanae tamen ad personam diuinam, quam ad naturam diuinam: aliter tamen, & aliter, quia per talem unionem facta est coniunctio ad diuinam personam immediatè, & mediante persona diuina facta est coniunctio ad naturam diuinam, non simpliciter immediatè, sed mediante persona diuina.

Tertiò possumus loqui de huiusmodi unione quantum ad substantiationem; nam cum natura humana sit natura creata, & sit natura substantialis, siue sit natura, quæ est quedam substantia quantum est de se, apta nata constituere personam; si

Questionis  
proposita  
inteligē-  
tia.

De unione  
facta in  
Christo tri-  
pliciter lo-  
qui posse-  
mus.

Natura humana in Christo, si non fuisset impedita à Verbo, constitueret personam.

Suppositum dicitur in Christo habet omne illud, quod habuisset suppositum humanum, si fuisset.

Naturadicta homo: non est predicatione formata: sed per identitatem.

autem in Christo non constituit personam, hoc est, quia per assumptionem à persona Verbi est natura humana in Christo impedita, & constituat personam, quae non assumpta, & separata à Verbo constitueret personam. Non ergo talis natura humana est assumpta ad unitatem personæ Verbi, nisi persona Verbi suppleat vices illius suppositi: Verbum ergo, supplendo vices illius suppositi, quod constitueret natura illa humana, si non fuisset assumpta ab eodem Verbo, habuit, & habet in se omne illud, quod haberet in se prefatum suppositum; & quia si natura humana assumpta à Verbo constitueret suppositum, suppositum illud verè fuisset homo, & verè fuisset filius hominis, ideo Verbum verè est homo, & verè est filius hominis; & quia Verbum de se est verè Deus, & verè est Filius Dei; ideo ex hoc factum est, ut idem sit homo, & Deus, & idem sit filius hominis, & Filius Dei, per quod tanta gratia facta est homini, qua maior cogitari non posset. Hoc ergo septimo modo facta est unio humanæ nature ad Deum in persona, non in natura; quia illa unio specialiter, & singulariter terminata est ad personam, vel suppositum Verbi, ut persona, vel suppositum Verbi, quatenus est distinctum à supposito Patris, & Spiritus Sancti dicatur incarnatum, & factum homo: Si autem diuina natura dicitur facta homo, hoc non est prædicatione formalis, sed prædicatione per identitatem; quia diuina natura est eadem res, & illa res, quae est Dei Filius. Benè ergo dictum est, vt Magister dicebat in distinctione præcedenti, quod natura diuina non sic dicitur esse homo, vel facta homo, sicut Filius Dei.

Aduertendum autem, quod quia suppositum Verbi, est suppositum distinctum, & est suppositum, vel persona alia à persona Patris, & Spiritus Sancti, etenim ad utramque huiusmodi personam habet oppositionem relatiuam; non autem habet sic distinctionem, & alienationem ad naturam diuinam, ad quam non opponitur relatiuè; quia natura diuina nec gignit, nec gignitur, nec procedit; ideo licet modo, quo dictum est possit concedi, quod

A natura diuina sit incarnata, vel facta homo, nullo tamen modo debet concedi, quod Pater, vel Spiritus Sanctus sit incarnatus, vel factus homo.

## ARTIC. III.

*Quomodo conueniant tres opiniones, quas recenset Magister in littera.*

Diligenter nota duas à Magistro recensitas sententias, primam nimurum & tertiam, quarum sentium, & positiones distincte, & ordinatè notter Aegidius hic recenset, non tamen opiniones debere nuncupari, quām hæreses, ad damnata Nestorij, & sequacium dogmata pertinentes, vt colligitur ex epistola Cyrilli ad Nestorium ipsum, & altera ad Acacium, que est 14. Secunda vero opinio, seu potius sententia, quam secundo loco refert, proculdubio Catholicam Eidem complectitur, quam idem Aegidius in sequentibus pluribus Articulis prosequitur, & hic nuncupat Fidei confonam. Nihilominus omnes istas tres positiones eodem nomine opinionis nuncupant quoque hoc loci D. Thomas. D. Bonavent. Henricus Gorichen. lo. Scot. Durandus. Paulus Franzottus, & ferè omnes Antiqui, qui Magistri litteram explicarunt.



E R T I O, etiam causa breuitatis, queritur sine argumentis de tribus opinionibus tactis in littera, quomodo conueniant illæ tres opiniones, & quomodo differant, & quid unaquæque illarum opinionum ponit, vel quod idem est, quæ dicenda sint esse propria uniuicuique illarum.. .

## RESOLVATIO.

Prima opinio Antiquorum de incarnatione ponit Verbum assumpisse quandam substantiali resultantem cum supposito, ex anima rationali, & carne. Secunda dicit ex anima, & carne non resultasse substantiali, quae est homo, & suppositum, ut dicebat prima opinio, sed humanitatem, & naturam, & hanc Verbum assumpisse, quae est Catholicorum sententia. Tertia opinio afferit Verbum assumpisse animam, & carnem, non ut sunt ad inuicem unita. Referuntur sex propria cuiuslibet opinionis, ac differen-

ferentia inter illas : & malè dicta in A prima, & tertia , refelluntur .

*Ordo opinionis com munis in hac quæst.*

RESPONDEO dicendum , quòd præsentem quæstionem ideo proposuimus secundùm præfatum modum , & ordinem , quia de dicta quæstione scripta communia , dicto modo , & ordine determinant ; primò enim assignant illarum trium opinionum conuenientias: secundò differentias : tertio , & ultimò tradunt , quod vnaquæque trium illarum opinionum ponit , & quæ sunt propria vnicuique tali opinioni . Sed , vt appareat , ordo dictorum communium est retrogradus , & non necessario commutatus . Nam qui vellet assignare differentias inter hominem , & bruta , primò deberet assignare , quæ sunt propria vtrorumque , hominis scilicet , & brutorum . Secundò ex proprijs assignandæ essent differentiæ , quia propria , vt propria semper faciunt differre . Ultimò possunt assignari conuenientię ; & ideo hoc ordine procedemus , quia primò assignabimus quidquid vnaquæque illarum trium opinionum ponit , & quæ sint propria vnicuique illarum opinionum : postea ex eis procedemus ad alia .

*Ordo Aegi dij in hac quæst.*

Prima opinio , quā pō nio de incarnatione Verbi in hoc confinit Magister in littera stit , & hoc ponit , quòd Christus assumptus animam rationalem , & carnem simul ad inuicem vnitatis , & coniunctas , ita , quod non fuit ordo temporis , licet fuerit ibi aliis ordo , vt supra diffusius dicebatur . Ex hac autem vniōne , vel coniunctio ne animę rationalis ad carnem , secundūm hanc primam opinionem , resultat quædam substantia , quæ congruē potest dici homo : & quia per assumptionem huiusmodi substantiæ , quæ congruē potest dici homo , Christus , vel Dei Filius factus est talis substantia , ideo factus est homo .

*Sextū pro pria huic prīmū opiniōnī in qua busplurimā sūnt falsa , & implican tia.*

Possumus autem assignare sex , quę sunt propria huic opinioni . Primum est , quòd Dei Filius assumptus hominem , quia si assumptus illam substantiam , quæ congruē potest dici homo , consequens est , quod assumptus hominem . Secundum est , quòd in Christo sunt duo supposita ; nam cum homo stet , & supponat pro supposito humano , si Christus assumptus hominem ,

assumpsit suppositum humanum , & sunt in eo duo supposita , videlicet suppositum increatum , quod est Dei Filius , & creatum , quo d est illa substantia assumpta . Tertium est , quòd Christus est duo neutraliter , licet sit unus masculinè : potest enim assignari differentia inter suppositum , & personam ; quia persona semper sonat dignitatem quandam ; si ergo in aliquo sunt duo supposita , secundum hanc opinionem primam , si vnum sit dignius alio , illud dignius dicetur persona . In Christo ergo ex hac opinione est una persona tantum ratione dignitatis vnius suppositi increati , & propter vnitatem personę Christus dicetur unus masculinè ; sed dicetur duo neutraliter , propter dualitatem suppositorum . Sunt autem per hanc eandem opinionem in Christo duo supposita , licet vnum sit nobilis altero , ratione cuius , est ibi una persona tantum . Quartum est , quod in illa assumptione , & incarnatione assumens est assumptum ; nam si Dei Filius assumptus hominem , & est homo , ergo assumens est assumptum , vel quod idem est , assumptum prædicatur ibi de assumente . Quintum est , quod Dei Filius , propriè loquendo non est homo suppositione ; sed est homo implicatione ; nam cum homo sit assumptus , & homo sit illa substantia , quæ facit suppositum humanum , consequens est , quod hæc non fuit vera formaliter , Dei Filius est suppositum humanum , sed erit vera per implicationem ; quia per assumptionem implicat in se illam substantiam assumptam , quæ est suppositum humanū . Expositoriè igitur se habet hæc loquatio , Dei Filius est homo , vel suppositum humanum : id est per assumptionem est illa substantia , quę est homo , vel suppositum humanum . Sextum est , quòd ea , quę sunt Dei Filij non dicentur de illo homine , nec è conuerso , nisi per implicationem , vt si dicatur , quòd filius Virginis , vel homo ille est etermus , id est , est ille homo , qui est etermus . Et si dicatur , Dei Filius est passus , id est , est ille , qui est passus , propter quod nomina adiectiva propria homini , non dicuntur de Dei Filio , sed substantiua , per implicationem suppositi dici possunt de vtroque .

Ponunt autem aliqui exemplum de diui-

diuina substantia respectu diuinorum sup- A positorum, quia non concedimus hanc propositionem, quia diuina essentia est generans, est nomen adiectiuū, sed benè concedimus istā, diuina essentia est Pater, quia Pater est nomen substantiuū, & quia diuina essentia est Pater, cum Pater sit nomen substantiuū, concedimus de diuina essentia adiectiuū cum expositione; Non enim dicemus est generans simpliciter, sed secundum quod est ille, qui est generans, quia est Pater. Sic & in proposito concedimus secundum hanc opinionem, quod Dei Filius est homo, sed nō potest in illa concedi adiectiuū, quod Dei Filius sit passus, & si concedatur, hoc erit cum expositione, quod est ille, qui est passus. Et sic ē conuersō, secundum hunc modum concedimus, quod homo ille est Dei Filius, sed si concedamus adiectua competentia Dei Filio, ut quod homo ille sit aeternus, hæc erit cum expositione, quia est ille, qui est aeternus, vel est ille, qui creauit stellas.

*Confutatio prima opinionis.*

Habita ergo sunt sex, quæ propria posunt dici huic opinioni; sed diu labore circa talia est inutile. Nam cum de ratione suppositi sit, quod sit per se existens, assumptio repugnat supposito, & quod duo per se existentia, vel quod duo supposita, vnum possit prædicari de alio, quod ponit prima opinio, est opposita implicare.

*Secunda opinio.*

His autem explicatis restat exequi de opinione secunda, quæ in hoc consistit, quod Verbum assumpit animam rationalem unitam, & coniunctam carni; quod etiam dicebat opinio prima. Sed differt hæc opinio secunda à prima, quia prima dicebat, quod ex illa coniunctione, & unitione resultabat quedam substantia, quæ erat homo, & quæ erat suppositum. Hæc autem, quod ex tali coniunctione non resultat substantia, quæ est homo, sed quæ est humanitas; nec resultat substantia, quæ est suppositum, sed quæ est natura.

*Sexta propria secunda opinio.*

Possimus autem huic opinioni sex propria assignare. Primum est, quod Dei Filius non assumpit hominem, sed humanitatem. Secundum est, quod Dei Filius non assumpit humanum suppositum, sed humanam naturam. Tertium est, quod in

Christo non sunt plura supposita, sed plures naturæ. Quartum est, quod assumens non est assumptum, quia assumens est diuinum suppositum, sed res assumpta est humana natura. Et ideo ne cogamur concedere, quod assumens sit assumptum, non concedimus simpliciter loquendo, quod homo sit assumptus, sed quod natura humana est assumpta: Et si inueniatur aliquando, quod homo sit assumptus, quod videntur sonare verba Psalm. *Beatus quem elegisti, & assumpisti:* etiam si exprestè dicatur, homo assumptus, & beatus: ibi honio, non stabit pro supposito, sed pro natura: Exponetur enim ibi homo, idest humana natura, vt planè patet per Magistrum circa finem præcedentis 5. distinctionis. Quintum est quod verè, & simpliciter est ibi communicatio idiomatum, non solum quantum ad substantia, vt quod filius hominis est Filius Dei, & quod homo ille est Deus, sed etiam quantum ad adiectua, quia ea quæ sunt Dei attribuuntur illi homini. Nam cum esse aeternum, creare stellas, per se conueniant Deo, verè hæc attribuuntur illi homini, quod est aeternus, & creauit stellas; & ē conuersō, ea, quæ sunt hominis attribuuntur Deo, quia Dei Filius, qui est verus Deus, fuit crucifixus, passus, & mortuus. Sextum est, quod quia humana natura assumpta à Verbo, non significat quid subsistens, sed in ea subsistit diuina persona. Ideo proprium videtur huic opinioni, quod diuina persona ante incarnationem erat simplex, quia nou subsistebat nisi in una natura, & substantia; post incarnationem est composita, quia subsistit in duabus naturis, & in tribus substantijs.

Hæc autem secunda opinio est concors Fidei Christianæ. Nam prima quinque quæ assignauimus huic opinioni propria, nullum dubium habent, & ea omnia tenet Fides Catholica. Hoc autem sextum, quod persona Verbi ante incarnationem erat simplex, post incarnationem sit composita, aliquod dubium habet. Nam quod ille, qui est omnino immobilis, apud quem non est transmutatio, nec vivisitudinis obumbratio, aliquando fuerit simplex, & postea compositum, videtur rationi dissonum. Sed de hoc in sequentibus

*Non conce  
ditur simpli  
citer, quod  
homo sit as  
sumptus, sed  
quod natura  
humana est  
assumpta.*

*psal. 64.*

*Communi  
catio idio  
matum in  
Christo nō  
solum qua  
rum ad sub  
stantias, sed  
etiam qua  
rum ad adie  
cias.*

*Secunda o  
pinio con  
cordat cū  
vide Chri  
stiana.*

*Dubium. An  
persona Ver  
bi post in  
carnationē  
sit compo  
site.*

*Iac. c. 1.*

tibus dum disputabimus de pertinentibus ad opinionem secundam, specialem de hoc mouebimus quæstionem.

*Tertia opinio.* Enarratis proprijs, & specialibus pertinentibus ad opinionem primam, & secundam, volumus narrare propria, & specialia pertinentia ad tertiam opinionem, quæ in hoc consistit, quod persona Verbi assumpsit animam rationalem, & carnem, sicut duæ aliae opiniones dicunt, tamen non assumpsit eas unitas, & coniunctas ad inuicem, ita quod nulla una, & eadem substantia, vel natura resultet ex eis. Rursus, duo prædicta aduenierunt personæ Verbi, sicut vestimentum aduenit, vel contingit ipsi vestito.

*Sexta propria opinio.* Possumus autem huic tertiae opinioni sex propria, & specialia assignare. Primum est, quod ex assumptione animæ, & carnis non resultauit aliquod suppositum, propter quod in incarnatione Verbi non est aliquid suppositum assumptum, ut dacebat opinio prima. Secundum est, quod non solum ex incarnatione Verbi non est assumptum aliquod suppositum, sed etiam non est assumptum aliquod compositum, constitutum ex anima, & carne, quia ponit hæc opinio animam, & carnem non esse assumptas, vt coniunctas, & unitas ad inuicem, vt possit inde aliqua substantia composita resultare, in quo differt hæc opinio non solum à prima, sed etiam à secunda, quia qualibet earum ponit quandam substantiam compositam esse assumptam. Tertium autem, quod est proprium, & speciale huic opinioni, est, quod natura humana non est assumpta à Verbo, quia nec anima, nec caro non coniunctæ ad inuicem, vt ponit ista opinio, sunt humana natura, sed sunt partes eius: In quo specialiter differt hæc opinio à secunda opinione, quæ ponit partes humanae naturæ non diuisas, sed ad inuicem coniunctas esse assumptas. Quartum est, quod Christus non est homo propter humanitatem, sed propter partes humanitatis, quia secundum hanc opinionem, Christus non habet in se humanitatem, nisi in quantum sunt partes humanitatis, sicuti diceretur aliquis habere domum, scilicet partes domus ad inuicem non coniunctas, nec componentes dònum: in quo etiam ista opinio specialiter differt a

A secunda. Quintum est, quod anima, & caro assumptæ à Verbo non pertinent ad personalitatem Verbi, sed extrinsecus se habent ad ipsam; in quo differt hæc opinio tertia à prima, & secunda. Sextum est, quod anima, & caro assumptæ à Verbo non prædicantur de ipso in eo, quod quid, sed in quo modo se habent, quia accidentaliter se habent ad Verbum, sicut vestimentum se habet ad vestitum: In quo etiam differt hæc opinio à præfatis duabus opinionibus. Possent autem & plura alia assignari propria, & specialia cuilibetistarum trium opinionum, sed hæc ad præfens sufficiat.

Nec etiam esset inconueniens primæ, & tertiae opinioni, non continentibus veritatem, posse attribui non solum aliquod propositum, sed etiam eius oppositum: quia omnis dicens falsum aliquo modo implicat opposita, quia vel dicit esse quod non est, vel non esse quod est.

### Dub. Lateralis.

*De conuenientijs, & differentijs prædictarum opinionum.*



D

L T E R I V S  
auté postquam dubitauimus de proprijs, & specialibus cuilibet harū trium opinionū, possumus dubitare de differentijs, & conuenientijs prædictarum opinionum, in quibus differant, & conueniant.

RESPONDÉO dicendū, quantum ad primam partem quæstionis propositę, in quibus nimirum differat præfate tres opiniones, respondere possumus, quod cùm quodlibet proprium alicui, prout est proprium, sit quædam differentia ad alia, sicut assignauimus sex propria, & specialia cuilibet illarum trium opinionum, ita possemus totidem differentias cuiuslibet illarum ad alias assignare; sed vt incedamus

*Propriū ali  
cui est dif  
ferentia ad  
alia.*

Differentia  
inter tres  
opiniones.

mus magis propriè in questione proposita, dicemus opiniones de incarnatione Verbi duplicitate se habere, quia vel respiiciunt res assumptas, vel personam assumptam. Vtique ergo modo posset aliquis opinari differentes, vel quantum ad res assumptas, vel quantum ad personam assumentem: & ita vtique modo possumus assignare differentias inter omnes tres prefatas opiniones. Nam quantum ad res assumptas, prima opinio dicit, quod illud, quod est assumptum est quid subsistens, & est suppositum, & cetera huiusmodi. Secunda opinio è contrario asserit, quod res assumpta, non est quid subsistens, & non est suppositum, sed est natura humana, vel humanitas. Tertia autem opinio asserit, quod res assumpta non est suppositum humanum, nec natura humana, sed partes naturæ humanae.

Dicas tres  
opiniones  
differunt  
quantum ad  
rem assum-  
ptam, & q-  
uam ad per-  
sonam assu-  
mentem,

Et sicut omnes hę tres opiniones differunt ad inuicem quantum ad rem assumptam, ita differunt quantum ad personam assumentem: Quia prima opinio ponit, quod ea, quę sunt hominis, non verificantur de persona Filij, & potissimē nomina adiectiva, nisi cum implicatione suppositi; Vt si dicatur, homo ille est ęternus, vel creauit stellas, hoc erit cum implicatione suppositi; vt supra dicebatur; vt dicatur, ille homo ęternus, & creans stellas, quia est ille, qui est ęternus, & creat stellas: sicut dicitur natura diuina esse generans, quia est Pater, qui est generans. sic etiam ea, quę sunt hominis attribuuntur cum implicatione suppositi, vt si dicatur Deus passus, & crucifixus, hoc est, quia est ille homo, qui est passus, & crucifixus. Vult enim prima opinio,

Prima op-  
nio.

Seunda op-  
nio.

quod natura assumpta est quedam substantia composita, & quod diuinum suppositum, scilicet Verbum, per assumptionem, factum est illa substantia composita, & illud suppositum, quamvis hoc non sit intelligibile; quia est vnum per se existens: sed secunda opinio ponens non assumptum esse suppositum, sed naturam, concedit communicationem idiomatum non in abstracto, sed in concreto; siue in substantiuo, siue in adiectiuo. Concedunt enim hominem esse Deum, & Deum hominem, & concedunt Deum, fuisse passum, & crucifixum; & hoc,

A quia homo non solum stat pro natura, sed pro supposito: & cùm suppositum illud sit ęternum, & creauerit stellas, ideo concedendum est hominem illum esse ęternum, & creasse stellas. Sed tertia opinio differt a prefatis duabus, quia secundūm tercī. ap. hāc opinionem res assumpta à Verbo non pertinet ad personalitatem Verbi, & non verificatur de Verbo, nisi accidentaliter, sicuti esse vestitum, & habere vestimentum de persona vestita, & de supposito vestito verificatur.

B Viso quę propria, & specialia habeant prefatę tres opiniones; & ostendo, quas differentias habeant ad inuicem. Restat declarare, quas conuenientias habeant.

C Possumus autem quatuor conuenientias assignare, vt & communiter assignantur. Nam prima conuenientia est, quia quelibet harum trium opinionum ponit in Christo vnam personam, licet non vnum suppositum: secundò conueniunt, quia quelibet ponit in Christo tres substantias, animam, carnem, & diuinam naturam. Tertiò conueniunt, quia quelibet dictarum opinionum ponit tam carnem, quam animam assumptam à Verbo, in quo recedunt ab errore Manichei, dicentis, & ponentis Christum non habuisse veram carnem. Quartò conueniunt prefatę opiniones, quia dicunt animam illam, & carnem illam non habuisse esse ante assumptionem à Verbo; in quo recedunt, vt dicitur, ab errore illo Origenis, ponentis, animas habere esse ante corpora.

Convenien-  
tia dictarū  
opinionum.

Error Ma-  
nichai.

Error Or-  
igenis.

## DISTINCTIONIS VI.

Pars Secunda Principalis.

## QVAESTIO VNICA.

*De unitate suppositi Christi Domini.*



OSTEA quę ritur in secundo principali, de pertinentibus ad primam opinionem, quę ponit in Christo plures hypostases, & plura supposita, & dicit hanc esse veram, quod

quod homo est assumptus : ponit autem quod nomine hominis non significatur , nisi substantia composita ex anima rationali , & carne , ideo de ijs tribus quæremus .

Primò . Vtrum in Christo sint plures hypostases .

Secundò . Vtrum ista sit vera , Quod homo sit assumptus .

Tertiò . Vtrum nomine hominis significetur , vel supponatur solum substantia composita ex anima rationali , & carne .

## ART. I.

*Vtrum in Christo sint duo hypostases .  
Conclusio est negativa .*

D.Thom.3.p.sum.q.4.art.2. Suar. disp.14.sect.1.Vasq.  
disp.33.Aluarez disp. 26. Valentia q.3. p.6.  
Nazari, Caiet, Silvius, Cabreræ  
4.p. q.4. art.2.



D primum sic proceditur : Videtur , quod in Christo sint duæ hypostases : C Nam , vt ait Boetius in libro De duabus naturis : *Omnis substantia particularis , secundum proprietatem vocabuli potest dici hypostasis ;* sed vt ait Damascenus lib. 3. cap. 11. *Christus assumptus naturam humana in atomo .* natura autem in atomo est natura particularis , quæ secundum proprietatem vocabuli potest dici hypostasis ; ergo oportet dare in Christo hypostases assumentem , & assumptam .

Præterea . Christus , secundum quod homo , est quædam hypostasis in genere substantiæ , secundum quod Deus est quædam hypostasis , non in genere substantiæ , quia Creator , & creatura non possunt esse in eodem genere : ergo &c.

Præterea . Sicut se habet species ad genus , quia genus continet plures species , ita se habet hypostasis ad speciem , quia una species continet plures hypostases ; sed una hypostasis non potest esse in pluribus speciebus , nisi una species esset sub alia , & multò magis non potest esse in pluribus generibus , nisi unum genus es-

A set sub alio : sed Christus est Deus , & homo , quæ differunt genere , ergo Christus non est vna hypostasis tantum .

IN CONTRARIUM est Damascen.lib.3.cap.8. afferens duas naturas in Christo esse unitas in vnam hypostasim .

Præterea . Persona nihil addit super hypostasim , nisi rationale , quia hypostasis potest esse in irrationalibus , sed non persona : si ergo in Christo essent duæ hypostases , essent in eo duæ personæ , quod est contra Symbolum , ubi dicitur , quod Christus est unus , non confusione substantiæ , sed unitate personæ .

## Dub. I. Lateralis .

*Vtrum in Christo sint duo supposita .  
Conclusio est negativa .*

Authores supra citati .



L T E R I V S fortè dubitaret aliquis . Vtrum in Christo sint duo supposita . Et videtur , quod sic : Quia suppositum dicitur per respectum ad naturam communem : sed in Christo sunt duæ nature , videlicet humana , quam habet communem cum alijs personis humanis , & diuina , quam habet communem cum alijs personis diuinis : ergo in Christo sunt duo supposita .

Præterea . Unio ad alterum non tollit rationem suppositi , quia manus est unita alteri , & tamen videtur facere de se quoddam suppositum ; quia manus est sub quadam specie posita , videlicet sub specie manus . ergo &c.

Præterea . Suppositum est idem , quod sub alio positum : sed inconueniens videtur , quod persona diuina sit suppositum , in natura humana , vel sit posita sub natura humana : oportet ergo in Christo dare duo supposita .

IN CONTRARIUM est , quia nihil aliud est persona , nisi suppositum naturæ rationalis : si ergo in Christo essent duo supposita , essent ibi duæ personæ , cum

cum sint in eo duæ naturæ rationales, lo- A  
quendo communiter de rationali.

## Dub. II. Lateralis.

*Vtrum in Christo sint duo individua.  
Conclusio est negativa.*

**V**LTERIVS fortè dubitaret aliquis. Vtrum in Christo sint duo individua. Et videtur, quod sic. Nam secundum Damasc. B lib. 3. cap. 11. *Christus asumpsit naturam humanam in atomo*, idest in individuo. Sunt ergo in eo duo individua, quia natura humana in Christo est quid atomum, & quid individuum: ergo &c.

Præterea. Omne, quod est, vel est univocale, vel particulare; sed natura humana in Christo non est quid univocale: ergo erit quid particulare, & individuum: ergo &c.

Præterea. Secundum Porphyrium. Individuum facit collectionem accidentium: sed sicut in Christo est natura humana: sic est in eo collectio accidentium illius naturæ: ergo natura humana in Christo est quoddam individuum: ergo &c.

IN CONTRARIUM est, quia nihil aliud est persona, quam individuum rationalis naturæ: si ergo in Christo essent duo individua, essent in eo duæ personæ, quod est fallum, & erroneum,

## Dub. III. Lateralis.

*Vtrum in Christo sint duæ res naturæ.  
Conclusio est negativa.*

**V**LTHERIVS fortè dubitaret aliquis. Vtrum in Christo sint duæ res naturæ. Et videtur, quod sic: Quia nihil aliud est res naturæ, nisi res naturalis: sed Christus eo quod habet naturam humanam est quedam res naturalis; ergo,

IN CONTRARIUM est. Quia res naturæ dicit quid completum, & subsistens in illa natura; sed in Christo non sunt duo subsistentia, quia tunc essent in eo duo supposita: ergo &c.

## RESOLVATIO.

*In Christo non sunt duo hypostases: neque duo individua: neque duæ res naturæ, quia non sunt duæ subsistentia: neque duo supposita realia, quia in eo non sunt duæ res per se existentes: sed quia de eo possunt fieri principales loquitiones, non est inconveniens concedere plura loquitionis supposita, seu secundum modum loquendi tantum.*

RESPONDEO dicendum, quod cum quatuor sint quæsita. videlicet. Vtrum in Christo sint duæ hypostases, duo supposita, duò individua, duæ res naturæ, oportet de quolibet istorum aliquid dicere. Rursus, quia quælibet hypostasis, & quodlibet suppositum est quid particulare, & est quoddam hoc aliquid, & quoddam singulare, & si tale sit quid rationale est quedam persona; Ideo de his omnibus, & inter omnia hæc oportet distinctionem facere.

Videlicet, Quid importetur nomine hypostasis, quid nomine suppositi, quid nomine individui, & quid nomine personæ, quid sit esse rem naturæ, & quid sit esse hoc aliquid, & quid particulare, & quid singulare: & quia in talibus inuenitur pars, & totum, oportet aliquid dicere de parte, & toto.

Sciendum ergo, quod de impositione nominum possimus, quantum ad præsens spectat, septem distinctiones facere, secundum quas assignabimus differentiam inter omnia ista. Erit ergo prima distinctione, quod impositio nominum, aliquando fit generaliter, qualiter ad omnia prædicta, aliquando fit specialiter, quantum ad prædicamentum substantie. Secunda distinctione erit, quod impositio nominum aliquando fit respectu naturæ communis, aliquando respectu naturæ signatae. Tertia distinctione erit, quod impositio nominum facta respectu naturæ signatae, aliquando fit, prout natura signata comparatur

ordi dicē-

dorum.

septem di-  
stinctiones  
de nominis  
impositio-  
ne.

ratur ad seipsum: aliquando fit, prout natura signata comparatur ad alias signatas. Quarta distinctio erit, quod impositionis nominum aliquando fit secundum usum, & proprietatem vocabuli, quando fit uno vocabulo tantum; aliquando fit per circumloquitionem, quando fit per plura vocabula. Quinta distinctio erit, quod impositionis nominum aliquando fit per impositionem, vel intentionem primam; aliquando fit per impositionem, vel intentionem secundam. Sexta erit, quod impositionis nominum de pertinentibus ad praedicamentum substantiae, aliquando fit, prout substantia accipitur, ut genus, aliquando fit, prout substantia accipitur, ut analogum. Septima erit, quod impositionis nominum aliquando fit, prout accipitur aliquid generalius in omnibus substantiis; aliquando prout accipitur specialius, puta in rationalibus.

Secundum autem has septem distinctiones possumus assignare differentiam inter nomina, & vocabula iam nominata, & etiam inter aliqua, que nominari possent; cum enim preter partem, & totum sint octo vocabula, vel nomina nominata per distinctionem primam, quod aliquando impositionis nominum pertinet ad omnia praedicamenta, aliquando vero specialiter ad praedicamentum substantiae, poterimus distinguere tria nomina, videlicet Particulare, Individuum, & Singulare, que accipiuntur generaliter respectu omnium praedicamentorum, ab alijs quinque nominibus, prout aliquid dicitur esse hypostasis, suppositum, res naturae, hoc aliquid, & persona, que specialiter sumuntur respectu praedicamenti substantiae.

Per secundam distinctionem, prout aliquid sumitur respectu naturae communis, & aliquid respectu naturae signatae, dabimus differentiam inter particulare, & individuum, vt dicatur particulare respectu naturae communis, & idem sit particulare, quod pars subiectiva alicuius naturae communis. Individuum vero potest sumi respectu naturae signatae, vt idem sit individuum, quod natura quedam signata in se non diuisa.

Per tertiam distinctionem dabimus differentiam inter individuum, & singula-

Quid sit par-

ticulare.

Quid sit In-  
diividuum.

Aegid. super iij. Sent.

A re, vt idem sit individuum, quod natura differentia signata comparata ad seipsum in seipso, inter individuum & non diuisa: & idem sit singulare, quod Quid sit sin natura signata comparata ad alias naturas signatas, atque ita singulare sit quid signatum, & ab alijs diuisum; & ideo communiter loquendo, quando videmus aliquem non habere modum aliorum, dicimus singularem, quia ab alijs diuisum.

Assignat etgo sunt proprietates trium vocabulorum, videlicet, *particulare*, *individuum*, & *singulare*, que tria vocabula possunt esse communia cuilibet praedicamento.

B dicamento. Nam in quolibet praedicamento reperitur aliquid particulare, quod est pars subiectiva alicuius naturae communis, & aliquid individuum, quod est in se diuisum; & aliquid singulare, quod est diuisum ab alijs, ut hec substantia, hec quantitas, siue hec qualitas, & sic de rebus contentis in alijs praedicamentis. Quodlibet enim tale potest dici quid particulare, quid individuum, & quid singulare, secundum proprietates vocabulorum iam factas.

C Viso de proprietatibus vocabulorum communium omnibus praedicamentis, restat videre de proprietatibus quinque vocabulorum, specialiter respicientium praedicamentum substantiae. Aduertendum ergo, quod proprietates trium vocabulorum assignauimus per tres distinctiones primas. sed per distinctionem quartam poterimus assignare differentias de vocabulis specialiter sumptis respectu praedicamenti substantiae. Nam cum respectu praedicamenti substantiae dicatur aliquid esse res naturae, & esse hoc aliquid, dicemus, quod ista duo vocabula sumpta sunt

D per circumloquitionem: Reliqua vero tria, videlicet, quod in praedicamento substantiae dicitur aliquid esse hypostasis, suppositum & persona, sumpta sunt secundum usum, vel proprietatem vocabuli: possimus tamen inter haec duo vocabula sumpta per circumloquitionem, videlicet quod aliqua signata substantia dicitur esse res naturae, aliqua dicitur hoc aliquid, dare differentiam per secundam distinctionem iam taetam, videlicet quod aliquod vocabulum sumitur respectu naturae communis, & sic sumitur hoc vocabulum res naturae; nam illud dicitur

*Particula  
re, Indivi-  
duum, & Sin-  
gulare, sive  
vocabula  
communia  
cuilibet pra-  
dicamento.*

*Res naturae  
& Hoc ali-  
quid, sive  
vocabula  
per circum-  
loquitione.*

*Hypostasis,  
Suppositum,  
& Personae  
sumuntur se-  
cundum usum  
& proprie-  
tatem voca-  
buli.*

Diferimen  
ter rem  
naturæ, &  
hoc aliquid

citur res naturæ, quod est suppositum. alicui naturæ communi, accipiendo commune largè, vel quod est commune idem secundùm numerum, sicut est natura diuina, quæ est eadem numero, & communis tribus personis, vel suppositis, vel quod est communis, secundùm speciem, sicuti natura humana, quæ eadem specie communis est multis si ppositis humanis: vel quod est commune secundùm genus, sicut eadem natura Angelica secundùm genus est communis omnibus suppositis Angelorum. Patet ergo quomodo accipitur illud vocabulum, res naturæ, quia accipitur respectu naturæ communis; sed hoc vocabulum, hoc aliquid, accipitur respectu naturæ signatæ, sicut ex ipso vocabulo patet.

Per quintam autem distinctionem, quod impositione vocabuli aliquando fit per nomen primæ intentionis, aliquando per nomen secundæ, dabimus differentiam inter suppositum, hypostasim, & personam: quia nomen suppositi est nomen secundæ intentionis, sed nomen hypostasis, & personæ sunt nomina primæ intentionis. Nam tamen nomen hypostasis, quam personæ est nomen impositum, non rebus, sed intentionibus rerum, sicuti est etiam hoc nomen species, vel genus; quia nulla res est, quæ sit species, vel genus. Homo enim animal, & talia sunt nomina primæ intentionis, & sunt nomina imposta rebus; sed postea quia videmus, quod homo prædicatur de pluribus differentiis numero: sumitur nomen secundæ intentionis, vel impositionis: Et vocamus tale quid, speciem: sic etiam quia animal prædicatur de pluribus differentiis specie, sumitur inde nomen secundæ intentionis, & dicimus tale quid esse genus:

Diferimen  
ter hypo  
stasim, sup  
positum, &  
personam.

Non datur  
nomen ter  
tia intentionis.

Non tamen erit dare nomen tertii intentionis; quia omne nomen, vel fundatur immediatè in re, & tunc est nomen primæ impositionis; vel non fundatur immediatè in re, sed in intentione recepta à rebus; & tunc quoquaque modo fiat erit nomen secundæ intentionis. Et quod dictum est de genere, & specie respectu hominis, & animalis; quia genus, & species sunt nomina secundæ intentionis, homo, & animal primæ intentionis, habet veritatem de supposito particulari indiui-

A duo, & singulari respectu hypostasis, & personæ, quæ sunt nomina primæ intentionis, vel impositionis.

Per sextam autem distinctionem, quia de pertinentibus ad prædicamentum substantiæ possunt imponi vocabula, vel prout substantia accipitur ut genus, vel prout substantia, ut analogum, posset reddi ratio de ijs, quæ sunt directè in genere substantiæ, & tanquam ea, quæ se habent ut totum, & ut quid completum in tali genere, & de ijs, quæ sunt in genere substantiæ non directè, sed per reducitionem, & ut partes, siue sint partes integrales, ut manus, & caput, siue essentialiales, ut materia, & forma. Substantia.

enim prædicatur de toto integrali, ut de homine, & de partibus integralibus, ut de manu, & pede; sic etiam prædicatur de toto essentiali, ut de composito ex materia, & forma, & de partibus essentialibus, ut de materia, & forma. Vnde dictum est, quod substantia dicitur tripliciter: de materia, forma, & composito, ex ijs; sed non est substantia, quæ est genus, sed quæ est analogum: De solis enim

C compositis, & de solis ijs, quæ se habent, ut quid completum in genere substantiæ, prædicatur directè substantia, quæ est genus. Si ergo ordinaretur prædicamentum substantiæ, anima, quæ est pars formalis, & caro, quæ est pars materialis, non caderent directè sub prædicamento, vel sub genere substantiæ, sed caderent à latere, ideo animatum, quod est differentia sumpta ab anima, quæ est pars formalis; vel inanimatum, quod sumitur à priuatione talis partis cadunt à latere: sic etiam corporeum, & incorporeum, quæ sunt differentiæ sumptæ à parte materiali, cadunt etiam à latere. & ita ordinatur prædicamentum substantiæ secundum Porphyrium, ut substantia, alia corporea, alia incorporea. Corpus aliud animatum, aliud inanimatum: sunt enim in talibus tot æquiuocationes, ut magnam requirant industria;

D qua possit se quis defendere ab æquiuocationibus illis. Nam corpus cadit in genere substantiæ directè; corporeum & incorporeum cadunt à latere: oportet ergo, quod æquiuocè accipiatur corpus, quod cadit directè in genere respectu

Substantia  
quomodo  
prædicatur

In ordina  
tione præ  
dicamenti  
substantiæ  
per Porphy  
rii sunt  
multæ æqui  
uocationes

spectu corporei, & quod cadit à latere. Nam corpus, quod cadit directè, dicit compositum ex materia, & forma: corporum autem, quod cadit à latere, dicit differentiam sumptam ex parte materiali: sicut animatum, quod etiam cadit à latere, non dicit totum, sed dicit differentiam sumptam à parte formalis.

**Dubitatio.** Sed dubitaret fortè aliquis, cum substantia, quæ dicit totum, cadat directè in genere: substantia verò, quæ dicit partem, siue materialem, vt materiam, siue formalem, vt formam, quæ sunt partes essentiales, non cadat in genere directè: Et quod dictum est de partibus essentia- libus, veritatem habet de partibus integralibus, quia homo, & animal sunt in genere substantiæ directè; pes, & auris, quæ sunt partes animalis, non sunt in genere substantiæ directè, & completè, & vt totum; Vtrum posset totaliter accipi pars, & totum, vt vtrumque eorum, caderet in genere directè?

**Solutio.** Dicemus, quòd ad præsens possimus distinguere triplex, totum, essentiale, sicut compositum diuiditur in materiam, & formam; Integrale, quod diuiditur in suas partes quantitatibus, sicut animal diuiditur in caput, & pedes. Et vniuersale, quod diuiditur in suas partes subiectivas, vt animal, quod diuiditur in hominem, & leonem, quæ sunt partes eius subiectivas, de quorum quolibet directè, & completè prædicatur animal, & homo, qui diuiditur in Socratem, & Platonem, de quorum quolibet directè, & completem prædicatur homo.

Cum ergo queritur, quomodo accipi possunt totum, & pars, vt vtrumque sit directè in genere, & in prædicamento, Dicemus, quòd totum integrum potest esse directè in genere: partes autem eius, secundum quod huiusmodi, nunquam sunt directè in genere: sic etiam totum. essentiale, potest esse, & est directè in genere; partes autem eius essentiales, vt materia, & forma, secundum quod huiusmodi nunquam sunt directè in genere. Et ad hoc possunt referri verba Boetij, quòd relictis extremis, agit de medio: Nam extrema sunt materia, & forma, quæ non sunt in genere directè, medium autem est compositum ex vtrif-

Totum integrum est directè in genere: non autem partes: sic etiam totum essentiale: & pars eius.

Aegid. super iij. Sent.

A que, quod est in genere directè. Sic ergo accipiendo totum, & partes integraller, vel essentialiter, partes non sunt in genere directè, licet totum ibi possit esse directè; sed accipiendo totum, & partes pro toto vniuersali, & pro parti- bus subiectiis, totum, & partes possunt esse in genere directè: immo si totum est in genere directè, partes subiectivæ, sunt in genere directè. Dicimus enim de toto, & partibus subiectiis, quòd si totum est in genere directè, quia possunt taliter accipi totum vniuersale, & par- tes ei subiectivæ, quòd nec totum, nec partes essent in genere directè: nam ca- put est quoddam vniuersale ad omnia, capita, & pes ad omnes pedes, tamen nec tale totum, nec tales partes sunt in genere directè. Diffusè autem loquuti sumus de hac sexta distinctione, vt pos- simus cauere ab æquiuocatione nomi- num, & vocabulorum impositorum toti, & partibus, & sciamus cognoscere, quomodo totum potest esse in genere, & non partes, & quomodo possunt esse direc- tè in genere tam totum, quam partes.

Per septimam autem, & ultimam distin- ctionem, quæ fuit, quòd impositio nomi- minis, & vocabuli aliquando sumitur ab aliquo sumpto generaliter, aliquando ab aliquo sumpto specialiter, possumus assi- gnare rationem, vnde sumitur hoc nomen, vel hoc vocabulum, quod est hypostasis, & hoc nomen, vel hoc vocabulum, quo d est persona. Nam hoc nomen, hypostasis sumptu est generaliter pro omni eo, quod per se subsistit in genere substantiæ; sed hoc nomen, persona, sumptum est specia- liter, solùm pro ijs, quæ subsistunt in natu- ra rationali. Et inde est, quod Boetius definit personam, dicens. Personæ est rationalis naturæ individua substantia.

Vnde sum- tur hæc vo- cabula hy- postasis, & persona.

Quid sit per- sona.

Ex ijs autem possunt patere solutiones ad omnia quæsita, & ad omnia quæ possunt quæri secundum hanc materiam, videlicet Vtrum in Christo sint plures hypostases, & plura supposita, & plura individua, plu- res res nature, vel plura quæcunque talia. Sed propter argumenta respondebimus ad quamlibet questionem per se, prout est per se proposita.

Cum ergo queritur, Vtrum in Chri- sto sint duæ hypostases. Dici debet,

X 2 quòd

Responso ad  
questio Ax-  
iculi.

In Christo  
omnia subfi-  
ciunt subfi-  
cacia Ver-  
bi

quod loquendo de hypostasi, prout lo-  
quuntur Damascenus, vel Theologus, quod  
hypostasis est aliquid per se subsistens,  
ergo est substantia, sic in Christo non  
possunt esse plures hypostases; quia non  
sunt ibi plura per se subsistentia, sed sola  
persona Verbi, vel sola hypostasis Verbi  
est ibi per se subsistens. Omnia autem  
alia assumpta à Verbo subsistunt, & ha-  
bent esse in hypostasi, vel persona Verbi.

## RESP. AD ARGVM.

Maior argu-  
mēti est ve-  
ra de substā-  
tia particu-  
lari, quæ est  
sub genere  
directe; hu-  
manitas au-  
tem est sub  
genere indi-  
recte, vt for-  
ma totius.

Ad primum, in quo dicitur, quod om-  
nis substantia particularis, secundum  
proprietatem vocabuli potest dici hypo-  
stasis. Respondeo verum esse, loquendo  
de substantia, quæ est genus, sub quo ge-  
nere solum direcē collocatur substantia  
particularis, quæ est hypostasis, vel sup-  
positum, si autem sub substantia colloca-  
tur pars integralis, vt caput, vel pes, vel  
pars essentialis, vt materia, & forma, siue  
acciipiatur forma pro forma partis, cuius-  
modi est anima; siue pro forma totius;  
cuiusmodi est humanitas, talia non sunt  
in genere directe, nec sunt substantia  
particularis, loquendo de substantia, quæ  
est genus, quia de tali substantia particu-  
lari non predicatur substantia, quæ est  
genus, cum non sit per se subsistens. Nam  
substantia, quæ est genus, non predicatur  
de substantijs particularibus, nisi de per  
se subsistentibus.

Hypostasis  
Verbi est  
Deus, nō est  
in genere  
substantie;  
sed bene vt  
est homo.

Ad secundum dicendum, quod quam-  
uis hypostasis Verbi non sit in genere  
substantie, de qua loquimur, vt est Deus;  
est tamen in tali genere vt est homo; quia  
non est homo, nisi per humanam natu-  
ram, per quam non solum est in eodem  
genere substantie cum alijs hominibus;  
sed etiam est in eadem specie hominis  
cum alijs hominibus, quia est verus, &  
naturalis homo per naturam humanam,  
sicut & alij homines.

Quodlibet  
suppositū di-  
uinum simili-  
cum natura  
diuina po-  
tent assūme  
re alijs na-  
turam: non  
autē supposi-  
tum creātū.

Ad tertium dicendum, quod vna, &  
eadem hypostasis non potest esse in plu-  
ribus speciebus, siue in pluribus naturis  
specificis constituentibus ipsam: sed hoc  
est singulare in hypostasis, & in suppo-  
sitis diuinis, quod quilibet talis hyposta-  
sis, & quodlibet tale suppositum potest

## PARS II.

A supplere vices cuiuslibet alterius supposi-  
ti. Propter quod quodlibet suppositum  
diuinum simili cum natura diuina potest  
in se assumere aliam naturam, vt hoc non  
sit contra rationem suppositi diuini, licet  
sit contra rationem cuiuslibet suppositi  
creati. Ad formam autem arguendi, quod  
vna, & eadem hypostasis non potest esse  
in pluribus naturis differentibus specie, &  
multo minus in pluribus differentibus ge-  
nere; verum est, si illæ plures naturæ sic  
se habent, quod non constituant naturam  
tertiam; nam quilibet etiam purus homo

Quilibet pa-  
rus homo  
est in pluri-  
bus naturis  
quaæ conti-  
nuunt vnam  
tertiam na-  
turam.

B est in pluribus naturis, quia est in anima,  
& corpore, quæ sunt plures naturæ, &  
plures substantiae: sed si illæ duæ naturæ,  
vel illæ duæ substantiae constituunt natu-  
ram, & substantiam tertiam, quæ est hu-  
manitas, est falsum.

C Vel possumus dicere, quod vna, & ea-  
dem hypostasis non potest esse, &c. verum  
est, vt diximus, si illæ duæ naturæ non  
constituunt naturam tertiam: Et verum  
est, si illæ duæ naturæ, non constituentes  
tertiam, sint de constitutione illius hy-  
postasis, vel suppositi, aliter autem non  
est verum. Nam in ipsis hypostasis, &  
suppositis creatis, vna, & eadem hypo-  
stasis subsistit in natura substantiali, & in  
natura accidentalis, vt in quantitate, &  
qualitate, quæ differunt genere; tamen  
sola natura substantialis est constitutiva  
hypostasis, non autem accidentalis: Sic  
est in proposito, sola natura diuina est  
constitutiva hypostasis Verbi, non hu-  
mana.

Vera est mi-  
nor, si illæ  
duæ naturæ  
non consti-  
tuunt ter-  
tiā.

Vel si illæ  
duæ naturæ  
non consti-  
tuentes ter-  
tiā sint  
constitutio  
ne suppositi

## Resolutio Dub. I. Lateralis.

D id autem, quod primo loco vlt  
A terius quærebatur, Vtrum in  
Christo sint duo supposita.

Dicendum, quod in Christo non sunt  
duæ hypostases, nec duo supposita, si lo-  
quamur de suppositis, & hypostasis rea-  
libus. Verum, quia omnes istæ questio-  
nes motæ sunt propter intelligentiam  
primæ opinionis, vt possimus melius in-  
telligere, quod prima opinio ponit; pro-  
pter hoc sciendum, quod si benè consi-  
deremus, quæ sint propria, & quid ponat  
vnaqueque præfatarum opinionum, patet  
quod

quod prima opinio ponit personam Verbi assumptissim animam rationalem coniunctam carni; ex qua coniunctione resultauit quædam substantia, quæ potest dici hypostasis, de qua quærebat quæstio prima; & quæ potest dici suppositum, de qua quærit hæc quæstio secunda.

Propter quod secundum opinionem, primâ in Christo sunt duæ hypostases, & duo supposita; hoc ergo modo prima opinio explicat incarnationem Verbi; quia persona Verbi assumpsit illam substantiam resultantem ex coniunctione animæ, & corporis, quæ substantia poterat dici homo, & poterat dici hypostasis, & suppositum, quam substantiam assumendo persona Verbi, facta est illa substantia, & facta est illa hypostasis humana, & facta est suppositum humanum, & facta est homo.

Sed istud non est intelligibile, quod hypostasis assumat hypostasim, vel quod suppositum assumat suppositum; nam cùm hypostasis, & suppositum dicant aliquid, quod est per se existens; non est intelligibile, ut vnum per se existens assumat aliud per se existens, vel fiat ad per se existens: & potissimum quod aliquid per se existens, manens tale, assumatur ab alio per se existente. Et ideo hanc primam opinionem, secundum quam in Christo sunt duæ hypostases, & duo supposita, nullus ad præsens tenet; sed quilibet reputat esse falsam, & sicut falsa meritò est repudianda. Nos ergo tenentes Catholicam veritatem ad questionem secundam. Vtrum in Christo sint duo supposita, assertimus respondendum esse, quod nec duæ hypostases, nec duo supposita sunt in Christo, loquendo de suppositis realibus, vel de suppositis rei, quia in Christo non sunt duæ res per se existentes. Sunt enim in Christo duæ naturæ humana, & diuina, sed natura humana non est per se existens, sed substentatur in hypostasi, & supposito, & persona Verbi: Propter quod non est in Christo nisi una hypostasis, vnum suppositum, & una persona.

Nititur autem hæc prima opinio saluare in Christo unitatem personæ, & ponere in Christo duas hypostases, & duo supposita, per hoc: quod quando aliquid coniungitur alicui digniori, licet possit con-

*Quomodo  
prima opini-  
o supra-  
dicta autem  
saluare Ver-  
bi incarna-  
tionem.*

*Refellitur  
predicatio o-  
pinio, seu  
potius er-  
ror.*

*Responsio  
Aegidij ad  
dubitacio-  
ne primam  
lateralem.*

*Defensores  
prima opini-  
onis sup-  
erioris pro-  
pria in Chri-  
sto unitate  
personæ, fal-  
so automa-  
bant posse  
affirmari  
per solâ de-  
nominatio-  
nem à di-  
gniori.*

Aegid.super iij.Sent.

A stituere hypostasim, vel suppositum, non tamen facit, vel constituit personam. Substantia ergo illa constituta ex coniunctione animæ, & corporis, secundum opinionem primam, licet sit quædam hypostasis, & quoddam suppositum, non mereatur tamen dici persona, quia coniuncta est digniori per se, videlicet hypostasi, supposito, vel personæ diuinæ. Sed hoc dictum est valde sophisticum, quia cùm natura humana sit natura rationalis, si illa substantia esset hypostasis, vel suppositum assumptum à Verbo, quia enim esset natura rationalis, de necessitate esset persona, essent ergo in Christo duæ personæ, duæ hypostases, & duo supposita. Quorum trium quodlibet est falsum; & contra Fidem Catholicam.

Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, quod loquendo de supposito reali, in Christo nō sunt duo supposita, quia nō sunt in eo duæ res per se existentes. Sed loquendo de supposito loquutionis, seu secundum modum loquendi, quia possent fieri de Christo plures loquutiones, quia Christus verè est Deus, verè est homo, In Christo plura loquutionis supposita, non autem realia, sed vnu tantu.

### RESP. AD ARGVM.

Ad primum dicendum, quod licet in Christo sint duæ naturæ; tamen non est per se respectu ad duas naturas.

Ad secundum dicendum, quod pars, propriè loquendo non dicit quid totum, nec quid completum, nec est in specie, nec in genere, quia non est per se existens: & ideo quod non est per se existens, siue propriè nō est in genere, neque in specie, nec potest esse suppositum, Negatur an recedes, cù tua probatione, quia pars, quae non est per se substantia & ideo quod non est per se existens, siue propriè nō est in genere, neque in specie, nec potest esse suppositum.

*Aduertis  
Doctorē hic  
ad diuitē  
suppositum  
Verbi i.  
humana na  
tura poſte  
dici ſuppo  
ſtum huma  
num.*

*Suppoſtum  
in diuinis  
non di cie  
ſuppoſitio  
ne indigni  
tatis : fed  
prædicationis.*

ſona Verbi, quod per naturam humanam dicitur ſuppoſitum humanum; Ipsiſa autem natura ſuppoſitum dici non debet.

Ad tertium dicendum, quod ſuppoſitum in Christo non importat ſuppoſitionem indignitatis. Alias personae diuinæ non dicerentur ſuppoſita naturæ diuinæ. Huiusmodi ergo ſuppoſitio ſolummodo intelligenda eſt quantum ad communia tem naturæ, prout natura excedit prædicationem ſuppoſiti. Quod verificatur de Christo, prout una, & eadem persona existens eſt ſuppoſitum in natura diuinâ; quia de pluribus prædicatur Deus, quam persona Verbi, quia prædicatur de Patre, & Spiritu Sancto. Verificatur hoc etiam de persona Verbi, prout eſt ſuppoſitum in natura humana, quia de pluribus prædicatur homo, quam prædicetur Christus; nam quilibet nostrum eſt homo, sed unius ſolus eſt Christus.

### Resolutio Dub. II. Lateralis.

D id autem, quod ſecundo loco A vterius querelatur, Vtrum in Christo ſint plura indiuidua. C Potest patere ſolutio per iam dicta. Nam indiuiduum particulae, & ſingulare, poſſunt reperiri in quolibet prædicamento, & etiam talia nomina non ſolū verificantur de toto, ſed etiam de partibus; quia caput, manus, & pes, & quælibet talis pars potheſt dici quoddam particulae, quoddam indiuiduum, & quoddam ſingulare, vt hoc modo dici poſſint in Christo plura particulae, plura indiuidua, & plura ſingulare, prout in eo ſunt plures res prædicamentorum, & plures partes ſubſtantie; vnde, quia queſtio videtur querelare de indiuiduo, prout eſt quid per ſe ſubſtens, ideo cum tali additione non eſt concedendum in Christo eſſe plura indiuidua, quia non ſunt in eo plura per ſe ſubſtentia.

### RESP. AD ARGVM.

*Natura hu  
mana in  
Christo eſt  
indiuidua,  
vt vult Da  
mas. Sed no  
per ſe ſubſi  
tens, vt vult  
argum. ita  
refrōdetur  
ad ſecundū.*

Ad prium dicendum, quod intentio Damasceni eſt, quod natura humana in Christo ſit quid particulae, & quid indiuiduum; non tamen eſt intentio eius, quod ſit quid indiuiduum per ſe ſubſ-

ſtens. Propter quod in Christo non eſt niſi unum indiuiduum per ſe ſubſtens.

Ad ſecundum dicendum, quod natura humana in Christo eſt quid particulae, & indiuiduum, non tamen eſt per ſe ſubſtens, vel existens, ex hoc non arguitur, quod in Christo ſint plura particulae, vel indiuidua per ſe ſubſtentia, vel per ſe existentia.

Ad tertium dicendum, quod illa collecțio accidentium, eſt in humana natura tanquam in ſubiecto; ſi autem eſt in persona Verbi, hoc eſt mediante natura humana: ex hoc ergo non plus arguitur, niſi quod natura humana in Christo eſt quoddam particulae, & quoddam indiuiduum: ſed quod natura humana in Christo ſit quid per ſe existens, non arguitur ex hoc, quod in Christo ſint plura particulae, vel indiuidua per ſe existentia, vel per ſe ſubſtentia.

### Resolutio Dub. III. Lateralis

D id autem, quod querelatur. A Vtrum in Christo ſint plures res naturæ. Dicimus, quod hic loquimur de re naturæ, prout eſt aliquid per ſe ſubſtens; & ideo vt ſupra dicebatur in ſolutione argumentorum prime queſtione, quod hypotaxis ſecundum proprietatem vocabuli dicit ſubſtantiam particulae, hoc intelligentum erat de ſubſtantia particulae, quæ per ſe, & directe eſt in genere ſubſtantie: quod propriæ non competit ipſi naturæ humanae in Christo: quia huiusmodi natura per ſe, & directe non eſt in genere ſubſtantie, cum non ſit huiusmodi natura in Christo per ſe ſubſ-

D ſtens; ſed Christus per humanae natu-  
ram, in qua ſubſtitit, ſecundum quod eſt huiusmodi, eſt per ſe in genere ſubſtantie: Sic etiam dicemus in proposito, quod humanae natura in Christo non eſt res naturæ, vt hię de re nature loquimur, ſed ipsa persona Christi eſt res diuarum naturarum: quia eſt res naturæ humanae, per

quam eſt in genere ſubſtantie: & eſt res naturæ diuinæ, per quam non eſt in genere ſubſtantie, ſed eſt ſu-  
per omne ge-  
nus.

*Colleccio  
accidentium  
eſt in na  
tura huma  
na tanquam in  
ſubiecto: no  
tanquam in  
ſuppoſito  
per ſe ſu  
bſtente.*

*Natura hu  
mana in  
Christo no  
eſt direc  
te in genere  
ſubſtantie,  
ſed Christus  
per huma  
nae naturæ  
eſt direc  
te in genere  
ſubſtantie.*

*Natura hu  
mana in  
Christo no  
potheſt dic  
res naturæ  
proprie lo  
quendo.*

### RESP.

## RESP. AD ARGUMENTA

*Personaverbi non constituitur simpliciter, & ab  
ibi non conti-  
nuitur simili-  
tudinem in esse, per naturam humanam;  
ceterum in esse  
per naturam hu-  
manam, sed  
bene in hoc  
esse, id est  
humano, se-  
cundum quod  
est res hu-  
manae natu-  
rae.*

Ad primum dicendum, quod persona Verbi non constituitur simpliciter, & absolu-  
tum in esse, per naturam humanam; constituitur tamen in hoc esse, quia per eam constituitur, & dicitur esse homo. Propter quod non arguitur, quod natura humana in Christo sit res naturae, sed quod persona Verbi, per naturam humanam est homo, & est res naturae humanae.

*Maior argu-  
mēti est in-  
sufficiens,  
quia res na-  
turalis de-  
bet esse per  
se subsistens,  
quod nō co-  
ngeneratur  
re humana  
in Christo.*

Ad secundum patet solutio per iam dicta; quia enim natura humana in Christo non est per se subsistens; ideo non est res naturalis sui ipsius, sed persona Verbi per naturam humanam est res naturalis, & filius naturalis Matris; sicut per naturam diuinam est res naturalis, & filius naturalis Patris.

## ARTIC. II

*Vtrum Dei Filius assumpserit homi-  
nem. Conclusio est ne-  
gativa.*

D.Thom.3.p.q.4.ar.3.ibid.Medina.Suar.Vasquez  
super eodem art.



pg. 64.

D secundum sic proceditur. Videtur, quod homo sit assumptus à persona Verbi, & quod Dei Filius assumpserit hominem, quia in Psalmo dicitur: *Beatus quem elegisti, & assumpisti, &c.* quod exponitur de Christo homine: ergo &c.

Præterea. Dei Filius est homo; aut ergo est homo, quem assumpserit, aut homo quem non assumpserit; sed non est homo, quem non assumpserit, quia tunc Christus non esset IESVS, sed esset Petrus, vel Iacobus. Est ergo homo, quem assumpserit; quo posito manifestè concluditur, quod assumpserit hominem.

Præterea. Dei Filius assumpserit animam & corpus unita ad inuicem; quia corpus non unitum animæ est inanimatum corpus, & ut hic loquimur de assumptione,

A est corpus inassumptibile: sed corpus unitum animæ rationali dicitur esse homo: cùm ergo illa vno corporis ad animam rationalem in Christo non sit minoris efficacia, quam in alijs hominibus, talis vno facit hominem, multò magis hoc facit in Christo; ergo Christus assumpsit hominem.

Præterea. Hec est vera, quod Christus est homo; sed ista veritas non potest esse ex parte assumentis, quia tunc Christus fuisset homo ab eterno: est ergo ista veritas, quod Christus, vel Dei Filius est homo, ex parte assumpti, ergo assumpsit hominem.

Præterea. Damasc. lib. 3. cap. 13. ait, *Christus totum hominem, & omnia, quæ sunt hominis assumpit, præter peccatum:* ergo idem quod prius.

IN CONTRARIVM est, quia assumens non est assumptum: ergo Dei Filius cum sit homo, non assumpsit hominem.

Præterea. Si Dei Filius assumpsit hominem, constat, quod non assumpsit hominem in universalis; assumpsit ergo hominem in particulari; sed homo in particulari est idem, quod persona; hoc ergo posito, Dei Filius assumpsit personam, quod falsum est; & hereticum dicere.

## RESOLVITO.

*Verbum non assumpit hominem, id est per-  
sonam, vel suppositum, ex Concilio Con-  
stantinopolitano: & quando in Sacra  
Scriptura, vel dictis Sanctorum repe-  
ritur hominem esse assumptum, intelli-  
gendum est, semper hominem sumi pro  
humana natura.*

RESPONDEO dicendum, quod cùm queritur, Vtrum persona Verbi assumpserit hominem, vel hec questio querit, quid dicendum sit ad questionem propositam, vel quid dicendum sit, secundum opinionem primam. Propter quod declarandum, mouentur huiusmodi questiones. Verum quia prius extirpandi sunt errores à cordibus audientium & postea in huiusmodi cordibus est veritas inferenda; sicuti ubi bonum semen est seminandum, prius sunt inde spining;

*Quid cogatur respondere ad quæstiones tenentes, quod ex ratione animæ & corporis in Christo resultavit quod dā substantia quæ secundū proprietatem vocabuli ipso est deī homo.*

*Refellitur dicta opinio cū censura.*

ne. & tribulū extirpandi. Hinc scire debemus, quod qui sequuntur primam opinionem, coguntur dicere, quod persona Verbi, vel Dei Filius assumptus est hominem. Ponit enim illa prima opinio, ex coniunctione animæ, & corporis resultare quandam substantiam, quæ secundū proprietatem vocabuli potest dici homo: Ex quo sequitur, quod persona Verbi, vel Dei Filius assumpsit hominem. Scripta tamen communia dicunt, hanc opinionem esse falsam, quia nullo modo verum est, quod homo sit assumptus: dicunt tamen hanc opinionem non esse hereticam: sed hoc est dicere oppositum in adiecto: Nam cum Fidei non possit subesse falsum, dicere de pertinentibus ad Fidem aliquid falsum, non esse hereticum, est opposita implicare. Dupliciter autem posset aliquis excusari, vel quia dictum illud non pertinet ad Fidem, dato etiam, quod sit falsum; vel quia dictum illud possit habere sanum, & verum intellectum. Nullo autem istorum modorum poterimus excusare, hanc primam opinionem non esse hereticam: Nam quod dicitur homo assumptus, cum Dei Filius assumens naturam humanam, sit homo, & assumens non sit assumptus; verum, & sanum intellectum habere non potest, quod sit homo assumptus, nisi accipiatur homo, non secundū proprietatem vocabuli, ut significat in concreto, sed ut est idem, quod humanitas, vel quod humana natura; ut pro tanto dicitur, persona Verbi assumpsisse hominem, quia assumpsit naturam humanam; secundū quem modum exponendi, non est ire ad mentem primæ opinionis, ponētis assumptionam quandam substantiam à Verbo, constituentem suppositum, quæ substantia, secundū proprietatem vocabuli, potest dici homo. Nec etiam potest excusari prima opinio ab errore, quod hoc non sit dictum de pertinentibus ad Fidem; cum Fides nostra potissimè esse debeat de Deo incarnato, & de Deo homine facta; iuxta illud Symboli Athanas. *Ergo ergo Iides recta, &c.*

Aduertendum ergo cum queritur. Vtrum homo sit assūptus à persona Verbi, vel à Dei Filio, talis quæstio quæritur tām de assumptione actiua, quid sit assu-

A mens, quām passiuia, quid sit assumptum. Propter quod sciendum, quod assumens non potest pertinere ad aliquid suppositum creatum, nec ad aliquam naturam creatam. Et sicut assumere actiū, non potest pertinere ad aliquid creatum, nec ad suppositum, nec ad naturam; sic assumi, passiuē non potest propriè competere alicui increato, nec supposito, nec naturæ: sed assumere actiū potest competere alicui rei increatæ, tām naturæ, quām supposito. Assumi vero passiuē potest competere creatæ naturæ, sed non supposito. Quod autem assumere

*actiū possit competere naturæ increatæ, vel supposito, potest esse per habita manifestum. Nam assumere potest dicere, vel ipsam actionem, vel terminum actionis: si dicat ipsam actionem, sic competit toti Trinitati, quia tota Trinitas operata est incarnationem illam: Sic etiam competit naturæ diuinæ: quia ideo indiuisa sunt opera Trinitatis, quia indiuisa est eorum substantia, vel natura. In diuinis etiam potest esse actio absoluta, sicut est intelligere, & velle, & esse actio transiens in*

*exteriorem materiam, sicut est creare, vel aliquam personam diuinam carnem. assumere, quod agere attribui potest diuinæ substantiæ, vel naturæ: ergo assumptio, ut dicit actionem, potest attribui tām diuinis suppositis, quām diuinæ naturæ. Sed ut dicit terminum actionis, quia assumptio illa humanitatis terminata est ad diuinum suppositum, & ad personam Verbi; & mediante diuino supposito terminata est ad naturam diuinam: ideo assumptio actiū sumpta, siue dicat actionem, siue terminum actionis, potest comperere diuino supposito, & diuinæ naturæ. Sed assumptio actiū sumpta, non potest competere supposito creato, quia nullum suppositum creatum potest supplere vices alterius suppositi. Nec etiam potest competere naturæ creatæ, quia huiusmodi assumptio non est facta per actionem creaturæ, sed solum per actionem diuinam, ad quam spectat facere de creatura, quod sibi placet. Sic ergo dicendum est de assumptione actiū sumpta.*

*Sed si loquamur de assumptione passiuē sumpta, sic assumi potest competere, natu-*

*Assumere dicit vel actionē, vel terminū actionis.*

*Assumptio ut est actio competitæ diuinis suppositis, quā diuinæ naturæ.*

*Assumptio actiū sumpta non potest competere supposito creato, neccreato nec naturæ creatæ.*

*Quid sit assumpcio naturae creatae, quia natura creata, ut natura humana, est assumpta a Verbo; sed nullo modo potest competere supposito, hoc enim repugnat ratione suppositi, quia hoc est assumti, ad aliud sumi, & non habere per se, nec in se, sed per aliud, & in alio esse. Et quia est de ratione suppositi, etiam creati habere per se esse, contra rationem suppositi est assumti.*

*Cum ergo queritur, Vtrum homo sit assumptus, quia homo secundum proprietatem vocabuli importat humanum suppositum, cum contra rationem suppositi sit assumti, negandum est simpliciter, quod homo sit assumptus a persona Verbi. Et si inueniatur in sacra Scriptura hoc dictum iuxta illud Psal. Beatus, quem elegisti, & assumpisti, concedenda sunt tales loquitiones, non simpliciter, sed cum expositione, ut dicatur homo assumptus, prout non stat pro supposito, sed pro natura. Est enim homo assumptus, non quia suppositum, sed quia humanitas, vel humana natura est assumpta. Vnde Glos. exponens illud Dauid: Beatus quem elegisti &c. ait: Beatus est enim homo, quem tu elegisti, id est quo induitus es in tempore, quo eras in principio Verbum; & quem assumpisti in unitatem, ipsius hominis naturam tibi uniendo, non personam. & subdit: naturam quippe illius hominis assumpisti, pro quo illum hominem assumpisti dicitur, non personam.*

*Soluta est ergo quæstio, quod non est assumptus homo, nisi accipiatur homo, non pro persona, vel pro supposito, sed pro natura humana. Verum, quia diximus opinionem primam esse erroneam reputatam, & anathematizatam in Concilio Constantinopolitano: Ideo referimus verba eiusdem Concilij, prout ea posuerunt Magistri in suis quæstionibus de incarnatione Verbi. Sic enim iacent verba præfati Concilij: Si quis introduce re conatur in mysterio Christi duas substentias, sive duas personas in unam personam secundum dignitatem, & honorem, & adorationem, sicut Theodorus, & Nestorius, insinuantes, quod sumperit talia, anathema sit. Et subditur ibi: Nec adiectionem personæ, vel substentiaz suscepit Sancta Trinitas, incarnato uno de Sancta Trinitate Dei Verbo. Patet ergo ex his*

A verbis hæreticam reputatam esse opinionem primam, ponentem hominem esse assumptum, & asserentem in Christo duo supposita, vel quod idem est, duas substentias, & duas substanzias, loquentio de substantia, quæ per se, & complete est in genere substantiaz, quia omnis talis substantia particularis est quoddam suppositum, & si sit naturæ rationalis, est quædam persona.

## RESP. AD ARGUMENTA

B Ad primum patet solutio per iam dicta; quia dicitur esse assumptus homo, non simpliciter, & absolute, sed cum hac expositione, prout homo stat pro natura humana, non pro persona, vel supposito.

Ad secundum dicendum, quod Christus est homo, quem non assumpit, sed est homo, cuius naturam assumpit. Et ideo Christus est homo IESVS, quia illius hominis, scilicet IESV, humanam naturam assumpit. Non est autem Petrus, Iacobus, vel Ioannes, quia nullius illorum naturam humanam assumpit.

C Ad tertium dicendum, quod non est ex inefficacia, quod res assumpta a Christo, vel alia coniuncta corpori in Christo non constituit hominem, seu suppositum, sed humanam naturam tantum, quia ex unitione facta ad personam Verbi natura humana non constituit personam, vel suppositum, sed substentata est in eadem persona, vel supposito Verbi in esse constituto: nec hoc pertinet ad indignitatem illius naturæ sic assumptæ: sed est ad magnam gloriam, & dignitatem eius.

D Ad quartum dicendum, quod homo significat humanam naturam existentem in aliquo supposito, & ideo Christus est homo: haec est vera ex parte argumentis, quantum est ex parte diuini suppositi, & est vera ex parte rei assumptæ, videlicet ex parte naturæ humanae.

Quod autem arguebatur, ergo tunc Christus fuisse homo ab æterno, patet, quod opus est utrumque concurrere ad hoc, ut verificetur propositio: Nam licet suppositum diuinum sit ab æterno, non tam fuit assumens ab æterno: ideo Christus fuit homo in tempore non ab æterno.

Ad

*Quomodo  
sunt intelli-  
genda loca  
Scripturæ sa-  
cerdotum cum so-  
nante homi-  
nem esse as-  
sumptum.  
Ps. 64.*

*Resolutio  
quæstio ex  
verbis Co-  
cilii Constan-  
tinopolitano.*

*Assumere ho-  
minem dupli-  
citer, vel  
simpliciter,  
vel prout  
stat pro na-  
tura huma-  
na.*

*Esse homi-  
nem dupli-  
citer, vel  
quem assum-  
pit, vel cu-  
rsum naturam  
assumpit.*

*Naturam hu-  
manam non  
constituere  
suppositum du-  
pliciter, vel  
ex ineffica-  
cia, vel ex  
prædicione  
qua unitus  
ad supposi-  
tum diuinum,  
hoc asseri-  
tur, illud  
negatur.*

*Christus esse  
ab æterno,  
intelligi po-  
test duobus  
modis, vel  
quoad sup-  
positum, &  
hoc admit-  
titur, vel  
quoad natu-  
ram, & hoc  
negatur, &  
idecirco non  
est homo ab  
æterno, quia  
ad id, & sup-  
positum, & na-  
turam exi-  
gitur.*